

Digitized by Google



p 010

LIBER SCINTILLARVM.

Opus

VENER. BEDAE PRESBYTERI

Doctoris Theologiq; celeberrimi, nuper inuentum & à Reueren. D. Antonio Gangutia Siculo, sacram Theologiam in Almæ Vrbis gymnasio publicè profitente, castigatum, instauratū et auctum, ac ab infinitis penè errorum monstris enixissimo labore uendicatum.

Cum annotationibus, seu breuibus quibusdam declarationibus in titulorum intelligentiam: necnon & attestationibus locorum in capitulis citatorum, & multis alijs, quæ in ipso exemplari deerant, ab eodem D. Antonino ad legentium utilitatem editis atque adiectis.

Omnia nunquam hactenus impressa.




BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Romæ, apud Antonium Bladum M D L X.
Cum priuilegio summi Pontificis.

Illustri & Reuereñ. D. Monaldo Monaldesco de Ceruaria, Canonico Basilicę S. Petri dignissimo,

Antoninus Gangutia Siculus Sacræ Theologiæ in Romano gymnasio publicus interpres S. D.






ATIS *planè constat, Monalde uir amplissime, nullum ueræ gloriæ decus, nullamq; apud mortales maiorem laudem reperiri posse, q̃ eam, quæ maximis doctissimisq; uiris tribui solet, eis præsertim, qui præclara quadam facinorum uirtute ita præstiterunt, ut immortalitatis sibi famam comparauerint. Eam in primis Bedam ecclesiasticum disertissimumq; uirum probè consecutum fuisse arbitror. Hic nanque uelut solaris quidam radius cœlitus emissus adeò Christi ecclesiam illustrauit, tantumq; lucis & emolumenti Theologicæ facultati attulit, ut hominum uires excellere uideretur. Cùm autem inter innumerabilia ferè opera, quæ uir iste præstantissimus scripsit, ut testatur Tritheimus in Catalogo librorum ecclesiasticorum, non excusus remansisset præclarus quidam libellus, qui Scintillarum dicitur, qui cùm iandiu hominum inertia perditus, & quasi intra pulueres latitasset, diuina tandem uoluntate, tuaq; ad eam accedente diligentia, Monalde clarissime, repertus, ad manus meas peruenit. Cumq; illum ego accuratè perlegissem, ecclesiasticæ rei thesaurus pretiosissimus mihi uisus est. Cœpi idcirco per otium opera & sedulitate, qua potui, illum à mendis, quibus scatebat innumeris expurgare. Loca quoque cùm sacræ*

ſcripturæ, tum ſanctorum doctorum, quæ illi deerant, adieci, ut facilius in eo citatæ autoritates inueniri poſſent. Ad utilitatem inſuper legentium multa alia loca & autoritates ex ſacris codicibus excerptas addidi, cum declaratione, ſiue breui quadam titulorum expoſitione in ſingulis capitulis, ne aliquid deeſſet, quod deſiderari poſſit. Sic itaque recognitum, caſtigatum, & auctum ad communem Reip. Chriſtianæ utilitatem, ſub tuis fœlicibus auſpicijs excudendum imprimendumq́; conſtitui. Nedum ut meam erga te obſeruantiam atque dilectionem oſtenderem, ſed et cùm ante ocolos haberem tuam in omni uirtutum genere ſingularem excellentiam, morùm probitatem, perſonæ tuæ dignitatem, & demum generis nobilitatem, non potui alijs oportunius ac decentius, quàm tibi pretioſiſſimum libellum, & hunc qualemcunque laborem meum dicare. Accipe igitur Monalde obſeruantiſſime ea, qua ſoles humanitate hoc penè diuinum Scintillarum compendium tibi perpetuò conſecratum: ex quo uelut limpidiſſimo quodam fonte tot uirtutum ſcatebras emanare uidebis, quot ex calcatis, compreſſisq́; carbonibus poſſunt exilire Scintillæ; cùm de utroque extremo, Virtute ſcilicet & uitio, ut & alterum neruosè proſequamur. alterum omni conatu fugiamus, cumulatiſſimas autoritates nobis auther egregius ſatis liquidò tradat penitus & aperiat.

Vale & me tibi deditiſſimum hominem commendatum habe.

Venerabilis Bedæ Presbyteri in *librum suum Scintillarum Prologus foeliciter incipit.*



PIE lector quisquis es, ne te pigeat, quæso, libellum hunc nostrum, cui titulum Scintillarum impofuimus, libenti animo uoluere: & si nihil in eo inuenias, quod ex alieno fonte non pendeat. Decreuimus enim more illius auis, quæ cum cibum, quem iandiu quæsierat reperisset, hilari, iucundoq; plausu gracillans, pullos suos ad se uocare non cessat, ut & illo reficerentur. Sic & nos de Domini, Sanctorumq; dictis hinc inde dispersis optima congerere, & e fertili quodam tantorum scriptorum agro iam maturam messem colligere, uelut ex prato flores, aut quasi ex silice scincillas excutere (unde & huic libro Scintillarum nomen inscripsimus) ut & illo reficiari & uti possis. Speramus autem cum longè magis profuturum, teq; inter legendum multo meliora utilioraq; inuenturum, quàm nos hac præfatiuncula dicere, aut significare uolucrimus.

Annotationes seu breues quædam declarationes admodum necessariæ ad intelligentiam tum capitulorum, tum earum autoritatum, quæ in ipsis citantur capitulis libri Scintillarum Venerabilis Bedæ presbyteri Theologi profundissimi nuper per D. Antoninum Gangutiam Siculum, sacram Theologiam in Almæ Vrbis gymnasio publice profitente æditæ,

Ad Amplissimum virum D. Monaldum Monaldescum de Ceruaria.

De Virtute. Cap. I.

IN isto capite plures citantur auctoritates de uirtute, siue admirabili miraculorum potentia: bonum quoque opus uirtus dici potest, quemadmodum in illa Petri auctoritate sumitur, in fide uestra uirtutem, scilicet bonæ operationis. Cæterum quasdam uirtutes morales esse, quasdam intellectuales, quasdam theologicas satis liquidò constat. de quibus omnibus et earum connexione, origine, & perfectione hic auctoritates inuenies.



Dominus dicit in Euangelio Marci 9. Nemo est, qui faciat uirtutem in nomine meo, et possit cito malè loqui de me. Lucæ 8. Et ego noui uirtutem de me exisse. 2. Petri 1. Fugientes

Marcus.

Lucas. & Petrus.

eius, quæ in mundo est concupiscentiæ corruptionem, Vos cu-
ram omnem subinferrentes ministrate in fide uestra uirtutem;
in uirtute autem scientiam, in scientia abstinentiam, in abstinen
tia patientiam, in patientia pietatem, in pietate amorem frater
nitatis charitatem. Hæc enim si uobiscum adsint, & superent,
non uacuos, nec sine fructu uos constituent in domini nostri Ie
su Christi cognitione. Ioan. epist. 3. cap. 1. Qui benefacit ex Io. Apost.
Deo est, qui malefacit non uidet Deum. 1. Pau. ad Cor. cap. 2. Paulus.
Fides non sit in sapientia hominum, sed in uirtute Dei. Ibi 4.
Non enim in sermone est regnum Dei; sed in uirtute. Ibi. 12.
Alij per spiritum datur sermo sapientiæ, alij operatio uirtutum.
2. Ibi. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur glo-
riabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Chri-
sti. ad Gala. 6. Bonum autem facientes non deficiamus: tempo-
re enim suo metemus. Quæ autem seminauerit homo, hæc &
metet. quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet
corruptionem: Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet
uitam æternam. 1. ad Timoth. 2. Iuuenilia desideria fuge: se-
ctare uero iustitiam, fidem, charitatem, & pacem cum his, qui
inuocant dominum de corde puro. 2. Ibi. 1. Non enim dedit
nobis Deus spiritum timoris, sed uirtutis, & dilectionis, & so-
brietatis. 1. Paralipom. 29. In manu tua Domine, uirtus & Paralipom.
potentia: in manu tua magnitudo & imperium omnium. Ba- Baruch.
ruch. 3. Disce ubi sit prudentia, ubi sit uirtus, ubi sit intellectus:
ut scias simul ubi sit longiturnitas uitæ & uictus; ubi sit lumen
oculorum & pax. Dauid psal. 117. Dextera domini fecit uir- Dauid.
tutem. Dextera Domini exaltauit me. Ibi 28. Dominus uirtu-
tem populo suo dabit, illiq; benedicet in pace. Ibi. 59. & 10
In Deo faciemus uirtutem; et ipse ad nihilum deducet inimicos

Salomon. nostros et tribulantes nos. Sal. Prou. 15. In abundanti iustitia, uirtus maxima est: cogitationes autem impiorum eradicabuntur. Ibi 3. Noli prohibere benefacere eum qui potest. si uales et ipse benefac. Ecclesiastes. 3. Cognoui quod non esset melius nisi læta ri et benefacere in uita. Sapientiæ. 1. Peruersæ cogitationes separant à Deo: probata autem uirtus corripit insipientes. Ibi 3. Bonorum enim laborum gloriosus est fructus: Ibi. 12. Virtus tua iustitiæ initium est, Virtutem autem ostendis tu, qui non crederis esse in uirtute consumatus: & hos qui te ne sciunt in audacia traducis. Ecclesiastic. 28. Secundum ligna syluæ, sic ignis exardescit; & secundum uirtutem hominis, sic iracundia illius erit. Ibi 40. Facultates & uirtutes exal tant cor, & super hæc timor Domini. Aug. in sermone quo dam. Mens non potest habere regnum uirtutum, nisi prius excusserit iugum uitiorum. Idem in epist. ad Macedon. In hac uita uirtus non est, nisi diligere quod diligendum est, id di ligere prudentia est: nullis inde auerti molestiis, fortitudo est: nullis illecebris temperantia est, nulla superbia, iustitia est. Idem de ciuit. Dei. Non est uera uirtus, nisi quæ ad eum fi nem tendit, ubi est bonum hominis, quo melius nil est. Idem in sermone quodam. Virtus eo pluris æstimanda est, quòd plura contemnit. Magnæ uirtutis est cum fœlicitate luctari, magnæ fœlicitatis est, à fœlicitate non uinci. Idem. Virtutes malitia, & zizania contempsit frumentum. Hier. in quadam epist. Omnes uirtutes ita sibi cohærent, ut qui una caruerit, omnibus careat. qui ergo unam habet omnes habet. Idem. Multæ sunt uirtutum species, quæ sectatoribus suis tribuunt regna cœlorũ. Vnum quidem inter .s. perueniendi per multa compendia. Si proficere studet & signaculum perfectionis attingat: semper

Augustinus.

Hieronym.

tamen

tamen inuenit quo crescat; & per dies singulos se ipsum me=liorem faciat. Idem. Nemo potest uirtutes simul & diuitias possidere. Amb. Super Beati immaculati. Qui deficit sibi, ut uirtuti adhæreat, amittit quod suum est, accipit quod æternum est. Nulla sine labore uirtus est: quia labor processus est uir=tutis. Idem & habetur 32. q. 1. Cum renunciatur improbita=ti asciscitur uirtus. Egressus enim malitiæ, uirtutis operatur in=gressum: eodemq; studio quo crimen excluditur, innocentia co=pulatur. Idem de Offic. Bonus circuitus est. si iustitia quærit, prudentia inuenit, fortitudo uendicat, temperantia possidet, ut iustitia sit in affectu, prudentia sit in intellectu, fortitudo in ef=fectu, temperantia in usu. Gre. in moral. Quid est uirtus, nisi medicamentum? & quid uitium, nisi uulnus? Quia ergo nos, ubi de medicamento uulnus facimus, facit Deus de uulnere me=dicamentum: ut qui uirtute percutimur, uitio curemur. Ex ti=more uitium unumquodque premitur: Ex charitate autem uir=tutes oriuntur: fides, spes, charitas, gaudeat in omni opere bo=no, quod unaquæq; uirtus administrat. Idem. Scientia uirtus est, humilitas autem custos uirtutum. Isidor. de Summo bono lib. 2. cap. 36. Ad uirtutes difficile consurgimus: ad uitia sine labore dilabimur. Ista enim prona, illæ arduæ sunt. Grandes enim sudores perpetimur, ut ad cœlum conscendere ualeamus. Sicut paulatim homo à minimis uitijs in maxima prorumpit; ita gradatim à modicis uirtutibus ad ea, quæ sunt excelsa conscen=dit. Qui autem inordinatè uirtutes comprehendere nititur, cito periclitatur. Hæc enim causa in rerum natura; ut quicunque uelociter ad profectum tendunt, sine dubio celeriter finiantur. Nihil prodest admixto malo agere aliquod bonum: sed prius est cohibendum à malo, deinde bonum exercendum. Prius enim

Ambrosius.

Gregorius.


Isidorus.

extirpanda sunt uitia in homine, deinde increscendæ uirtutes.
Nam cohærere & coniungi non potest ueritas cum mendacio, pudor cum petulantia, fides cum perfidia, castitas cum luxuria. Quisquis ex deteriore iam melior esse cœpit, caueat et de acceptis extolli uirtutibus: ne grauius per uirtutes corruat, q; prius ex lapsu uitiorum iacebat. Ibi 38. Qui de ipsis uirtutibus superbiunt, ex ipsis iudicandi sunt operibus, quibus pro uirtutibus utuntur: quia rem bonam non bona uoluntate faciunt. et re uera sine humilitate uirtus quælibet, et sine charitate uitiũ deputatur. Cypr.

Cyprian. Nihil est uerbis proferre uirtutem, et factis destruere ueritatem.

De Fide Cap. II.

IN hoc capite citantur auctoritates de fidei feruore, actu, habitu, atque obiecto. Item de uictoria fidei: de fide mortua, siue informi: de fide formata siue uiua, quæ per dilectionem operatur, ad Galath. 5. plena uirtutibus & bonis operibus.



Matheus. DIcit Dominus in euangelio Mathæi cap. 17. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc, & transibit, & nihil impossibile erit uobis.

Marcus. Marci 9. Omnia possibilia sunt credenti. Ibi. 11. Habete fidem Dei, quia quicunque dixerit huic monti tolle te, & mitte te in mare, et non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcunq; dixerit, fiat, fiet ei. Idem 16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui uerò non crediderit, condemnabitur. Ioannes cap. 3. Exaltari oportet filium Dei, ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat uitam æternam, Qui autem incredulus est filio non uidebit uitam, sed ira Dei manet super eum. Ibi. Qui credit in me etiam si mortuus fuerit, uiuet, & omnis qui uiuit et credit in me, non morietur in æternum. Idem

in epist.1.cap.5. Omnis qui credit quoniam Iesus Christus est, ex deo natus est. Omne aũt quod natum est ex deo, uincit mundum: Et hæc est uictoria quæ uincit mundũ fides nostra. Iacob.2. Quid prodest fratres mei si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat: Nunquid poterit fides saluare eum? Sicut enim corpus sine spiritu mortuũ est, ita fides sine operibus mortua est. Pet.1.epist.cap.1. Probatio uestræ fidei multo præ iosior est auro, quod per ignem probatur. Credentes autem exaltabitis lætitia inenarrabili, reportantes finem fidei uestræ salutem animarum uestrarum. Pau.ad Rom.1. Virtus enim Dei in salutem omni credenti. Ad Cor.1.cap.2. Fides uestra nõ sit in sapientia hominum, sed in uirtute dei. Ad Galath.3. Omnes enim filij dei estis per fidem in Christo Iesu. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham. Ad Ephe. 6. In omnibus sumite scutum fidei, ut possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: et galeam salutis assumite, et gladium spiritus, quod est uerbum dei. Ad Hebr.11. sine fide impossibile est deo placere. Credere autem oportet accedentem ad deum, quia est: & inquirentibus se remunerator fit. Sal. Ecclesiastic.2. Crede deo et recuperabit te, et dirige uiam tuam, et spera in illum. Qui timetis dominum credite illi, et non euacuabitur merces uestra. Ibi.22. Fidem posside cum proximo in paupertate illius, ut et in bono illius læteris. Ibi 32. In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ. Hæc enim est conseruatio mãdatorum. Qui credit deo attendit mandatis eius: et qui confidit in illo non minoratus est. Aug. in lib. de ouibus. Ille apud deum plus habet loci, qui plus attulit non argenti, sed fidei. Idem super Ioan. serm.18. Ambula per fidem, ut peruenias ad spem. Spes non ædificabit in patria, quem fides non consalatur in uia. In lib.10. de charitate. Cum dilectione fides christiani; sine dilectione fides Demonis.

Iacob. Petrus. Paulus. Salom. August.

Qui autem non credunt peiores sunt quàm dæmones, & tardiores. Idem & habetur 24. q. 1. Vbi sana. *Vbi sana fides non est, non potest esse iustitia; quia iustus ex fide uiuit.* Si *iustus ex fide uiuit, iniquus est, qui non habet fidem.* Homini *fideli totus mundus diuitiæ: infideli autem nec modicum.* Fideli *nox in diem mutatur: infidelibus autem etiam & ipsa lux tenebrescit. Vsque adeo præualet fides, ut homines super mare siccis pedibus faciat ambulare. Magna est fides, sed nihil prodest, si charitatem non habeamus.* Idem de uerbis Domini. *Nullæ maiores diuitiæ, nulli thesauri, nulli honores, nulla huius mundi maior est substantia, quàm est fides catholica: quæ peccatores homines saluat, cæcos illuminat, infirmos curat, fideles præmiat, pœnitentes reparat, iustos augmentat, martyres coronat, uirgines, uiduas, & coniugales casto pudore conseruat, & in hereditate æterna cum sanctis angelis collocat.*

Hi.ronym. Hier. epist. 5. *Credere enim & sperare necesse est, quæ Deus iussit.* Epist. 9. *Qui in Christum credimus, Christi sectemur exempla. Frustra nobis in eo applaudimus, cuius mandata non facimus. Quid enim prodest si impiè agens Deum uoce inuocas, quem operibus negas. Deus bonis operibus fidelium non tantum considerat oblationis magnitudinem, quantum fidei ueritatem.*

Ambrosius. Ambr. super Marcum. & habetur 24. q. 1. cap. 1. *Illic turbatio est, ubi modica fides. Ibi securitas ubi perfecta dilectio.* In lib. de Virgin. *O thesauris omnibus opulentior fides: o uirtutibus corporeis omnibus fides fortior: medicis omnibus saluatior.* Idem in lib. de Chain, & Abel. *Fides est radix omnium uirtutum, & quod super hoc fundamentum ædificaueris, hoc solum ad operis tui fructus & uirtutis proficit mercedem.*

Gregorius. Greg. Homil. 26. *Fides non habet meritum ubi humana*

ratio præbet experimentum. Idem Homil. 28. Tunc enim ueraciter fideles sumus, si quod uerbis promittimus, operibus adimplemus. Idem super Ezechielem. Nisi prius fides teneatur, nullatenus ad spiritualem amorem attingitur. Non enim charitas fidem, sed fides charitatem præcedit. Nemo enim potest amare quod non credidit, sicut nec sperare. Ille enim uerè credit, qui exercet operando, quod credit. Per fidem namque ab omnipotenti Deo cognoscimur. Quid prodest si eidem redemptori nostro per fidem iungamur, si ab eo moribus separemur. Isidor. de. summo bono lib. 2. cap. 2. Nemo potest ad ueram beatitudinem peruenire, nisi per fidem. Beatus autem qui rectè credendo beneuiuit: & beneuiuendo rectam fidem custodit. Christianus enim malus dum sine euangelij regula uiuit, etiam ipsam fidem, quam uerbo colit, aborta tentatione, facilè perdit. Deus si creditur, merito inuocatur & quæritur; ac per hoc tunc perfectè laudatur, quando inuocatur, & creditur. Fides nequaquam ui extorquetur; sed ratione atque exemplis suadetur. In corde respicit Deus fidem: ubi se non possunt homines excusare, qui ore simulant ueritatis professionem, & corde retentant erroris impietatem. Sicut nihil proficit fides quæ ore retinetur, et corde non creditur: ita nihil profutura est fides, quæ corde tenetur, si ore non profiteatur. Multi enim fidem Christi ex corde non amant: sed humano terrore eandem per hypocrisim tenere se simulant. Vacua est sine operibus fides; & frustra sibi de sola fide blanditur, qui bonis operibus non ornatur. Multi fide tantùm christiani sunt, opere uero à christiana doctrina dissentiunt. Idem in Synonim. lib. 2. 22. q. 4. In malis promissis rescinde fidem. In turpi uoto muta decretum: Quid incaute nouisti, ne facias. Impia est promissio quæ scelere adimpletur. Isidorus.

IN hoc capite citantur auctoritates de Spe, & de his, quæ Spei aduersantur.

Io. Apostolus



DOminus dicit per os Ioannis epist. 1. cap. 3. Omnis qui habet spem in filio Dei, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Paul. Ad Rom. cap. 5. Spes non confundit. Ibi cap. 8. Spe enim salui facti sumus. Ad Galath. 5. Nos autem ex spiritu spem iustitiæ expectamus. Iacob. 1. Petite in fide nihil hæsitantes. Qui enim hæsitat similis est fluctui maris, qui à uento mouetur, & circunfertur. Salo. Prou. 3. Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. In omnibus uijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. Ibi 10. Expectatio iustorum lætitia: spes autem impiorum peribit. Ecclesiastic. 2. Respicite filij nationes hominum, & scitote quia nullus sperauit in domino & confusus est. Quis enim permansit in mandatis eius & derelictus est? aut quis inuocauit eum, & despexit illum? Quoniam pius & misericors est dominus, et remittit in die tribulationis peccata. Aug. in Enchiridio. Fides credit; Spes & charitas orant: Sed sine fide esse non possunt. At per hæc fides orat. Idem de Vtilitate agendi pœniten. Nemo desperet. Iudam traditorem non tam scelus quod commisit, quàm indulgentiæ desperatio fecit penitus interire. Hieron. in epist. Omne opus leue fieri solet, quum eius prætium excogitatur: & spes præmij solatium fit laboris. Epist. 5. 1. partis. Est igitur spes expectatio rerum omnium quas in fide habemus, per quam saluamur. Amb. in Hexamer. Tunc magis sperandum est, cùm huma-

Paulus. Iacobus. Salomon. Augustinus. Hieronym. Ambrosius.

na præsidia deficiunt. Super psal. 12. Spes commodi furatur labores, & metum abscondit periculi. Greg. lib. 19. Moral. Gregorius.
De spe incassum præsumit, qui timere Deum in suis operationibus renuit. lib. 30. Nobis non securius quicquam, quàm sub spe timere, ne incauta mens aut desperando se uitijs deijciat, aut extollendo de donis ruat. Ibidem lib. 22. De creatore desperare est spem in creatura ponere. Idem lib. 6. Moral. Spes in æternitatem animum erigit, & id circo nulla mala, exterius quæ tolerat, sentit. Origen. Super Exod. Homil. 9. Futurorum spes laborantibus requiem parit, sicut in agone positis dolorem uulnerum mitigat spes coronæ. Nec enim salus esse cuiquam potest, nisi prius sibi propitium faciat deum. Isidor. de Summo bono lib. 2. cap. 4. Qui mala agere non desinunt, uana spe indulgentiam de dei pietate requirit: quam rectè quæreret, si ab actione praua cessaret. Metuendum ualde est, ut neque per spem ueniæ, quam promittit deus, perseueranter peccemus: neque quia iuste peccata distringit, ueniam desperemus: sed utroque periculo euitato, & à malo declinemus, & de pietate dei ueniam speremus. Omnis quippe iustus spe & formidine nitet: quia nunc illum ad gaudium spes erigit, nunc ad formidinem terror gehennæ adducit. Qui enim ueniam de peccato desperet, plus de desperatione quàm de culpa cadit. Desperatio enim peior est omni peccato. Ibidem cap. 14. Nullus desperare debet ueniam: etiam si circa finem uitæ ad pænitentiam conuertatur. Nulla enim tam grauis est culpa, quæ ueniam non habeat. Incessanter igitur in corde tuo spes & formido consistant: pariter sint in te timor atque fiducia.

Origenes.

Isidorus.

IN hoc capite citantur auctoritates de Chraritate, quæ ipsemet Deus est, & qua prius Deus perpetuò dilexit nos, & miserans attraxit nos. Item de ea Charitate quæ in nobis est, nostrisq; animabus inhærens, quam Paul. ad Rom. 5. diffusam esse scribit in cordibus nostris. Postremò de laudibus & necessitate Charitatis.



Ioan. *Ominus dicit in Euangelio Iohan. 15. Maiorem charitatem nemo habet; quàm ut animam suam ponat quis pro amicis suis.*

Petrus. *1. Pet. 4. Ante omnia autem mutuam in uobis met ipsis charitatem habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum.*

Paulus. *1. Paul. ad Corin. 13. Si linguis hominum loquar et angelorum, charitatem autem non habuero nihil sum. Charitas patiens est, benigna est. Charitas non emulatur, non agit perperam: non inflatur: non est ambitiosa: non quærit quæ sua sunt: non irritatur: non cogitat malum: non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Ad Colos. cap. 3. Super omnia charitatem habete, quod est uinculum perfectionis. Ad Rom. 12. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes.*

Io. Apostolus *Io. Apost. 1. cap. 4. Charissimi diligamus nos inuicem: quia charitas ex Deo est. Si diligimus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. Deus charitas est: et qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam ille pro nobis animam suam posuit: & nos debemus pro fratribus animam nostram*

ponere. Hoc *mandatum habemus à* Deo*: ut qui diligit* De*um, diligat & fratrem suum.* *Ibi cap. 5.* Hæc *est enim charitas* Dei*, ut mandata eius custodiamus: & mandata eius grauia non sunt.* Sal. Prou. 10. *Odium suscitat rixas & uniuersa delicta operit charitas.* Aug. *de* Doctr. *christiana. Sola charitas est quæ uincit omnia, & sine qua nihil ualent omnia, & quæ ubicunque fuerit trahit ad se omnia. Idem de laude charitat. Sectamini charitatem dulce ac salubre uinculum mentium, sine qua diues pauper est, & cum qua pauper diues est.* Hæc *in aduersitatibus tolerat, in prosperatibus temperat, in bonis operibus hilaris, in tentatione tutissima, in hospitalitate latissima, inter bonos fratres lætissima, inter falsos patientissima.* Inter *opprobria secura est, inter odia benefica est, inter iras placida, inter insidias innocens, inter iniquitates gemens, in ueritate respirans.* Charitas *est causa et mater omnium uirtutum. quæ si desit frustra habentur cætera. Si autem adsit recte habentur omnia. Sicut enim radix omnium malorum est cupiditas, ita radix omnium bonorum est charitas.* Tene *charitatem, & in ea inuenies omnem scientiam.* Latissimam *enim habet diuinarum scripturarum doctrinam, cuius cor charitate plenum est.* Tunc *enim homo perfectus est, cum charitate plenus est.* Item *in epist. beati Ioannis tract. 5.* Qui *habent charitatem nati sunt ex* Deo*: qui autem non habent charitatem, non sunt ex* Deo. Magnum *indicium, magna discretio, quicquid uis habere, hanc solam nisi habeas, nihil tibi prodest: alia si non habeas, hanc habe, et impleuisti legem. hæc est margarita preciosa charitas, sine qua nihil tibi prodest quodcunque habueris.* Quam *si solam habeas, sufficit tibi. Ibi tract. 10.* Qui *claudunt oculos suos contra charitatem obdormiscunt in concupiscentijs,*

Salom.

Augus.

& delectatione carnis. Extende charitatem per totum orbem si uis Christum amare quia membra Christi per orbem iacent. Sicut enim corpus sine spiritu, hoc est sine anima mortuum est, ita anima sine spiritusancto, idest sine charitate mortua deputa-

Ambrosius. *bitur. Ambr. Sicut sine uia nullus peruenit quo tendit, ita sine charitate, quæ est Dei uia, non possunt ambulare homines, sed errare. Eos autem quos ad tollerantiam passionum fortes Dei charitas reddidit, nulla delectatio carnis, nulla uoluntas*

Gregorius. *mala blande corrumpit. Greg. Vna quippe & summa est pro batio charitatis, si & ipse diligitur, qui aduersatur, & qui bo-num impedit. Amandi enim sunt proximi, impendenda cha-ritas omnibus, & propinquis & extraneis: nec tamen pro eadem charitate à Dei amore flectendum est. Idem in Homil. Sicut enim multi arboris rami ex una radice prodeunt, sic & multæ uirtutes ex una charitate generantur. Nec habet ali-quid uiriditatis ramus boni operis, si non manet in radice chari tatis. Ille ueram charitatem habet qui amicum diligit in Deo, et inimicum propter Deum. Pro inimico nihil postulat, qui pro eo ex charitate non orat. Lex Christi charitas est Lib. 10. Mor. Charitas ad cuncta uirtutum facta dilatatur. Huius autem chari tatis initium est dilectio Dei, et proximi. Qui charitatem habet, etiam alia dona percipiet. Is autem qui non habet, etiam bona quæ percepisse uidebatur, amittet. Necesse est ergo ut erga charitatis uinculum uigilemus. Tanto nanque amplius pecca ti rubigo consumitur, quanto peccatoris cor magno charitatis igne crematur. Idem in Pastorali. Tunc enim ad alta charitas mirabiliter surgit, cum ad ima proximorum se misericorditer inclinat. & quæ benignè descendit ad infima, ualenter recur-rit ad summa. Virtus ueræ cautionis est celsitudo charitatis.*

Lata quippe charitas est, & longanimiter portat. Vires quas imperitia denegat, charitas administrat. Plerunque charitas, quibusdam occupationibus præpedita & integra flagrat in corde, & tamen non monstratur in opere; quia & cum sol nube tegitur, non uidetur in terra, & tamen ardet in cœlo; & sic si occupari charitas solet, intus sui ardoris exurit uim, & foris flammas operis non ostendit. A dissensionis malo continere linguam suam debet, qui nouit & diligit uinculum charitatis. Hier. *super epist. ad Galath. & est* 1. 4. 1. Vide quantum *bonum est charitas: si ita martyrium fecerimus, ut nostras uelimus ab omnibus reliquias uenerari. Et si opinionem uulgi sectantes intrepidi sanguinem fuderimus, & substantiam nostram usque ad mendicitatem propriam dederimus, huic operi non tam præmium, quàm pœna debetur: & perfidiæ magis tormenta sunt, quàm corona uictoriæ.* Idem in epist. ad Nepotianum. *Non memini me legisse mala morte mortuum, qui libenter opera charitatis exercuit. Habet enim multos intercessores apud Deum: & impossibile est multorum præces non exaudiri.* Idem & habetur dist. 86. *Qui clementiam non habet, nec induti sunt uiscera misericordiæ & lachrymarum, quamuis spirituales sint, non adimplent legem Christi.* Isidor. de Summo bono lib. 2. cap. 3. *Quamuis nonnulli fide, atque operibus sanctis uideantur esse participes: tamen quia priuantur charitate fraternæ dilectionis, nullum habent incrementum uirtutis. Nullum præmium charitate pensatur. Sine amore charitatis, quamuis quisque recte credat, ad beatitudinem peruenire nequaquam potest. Tanta est charitatis uirtus, ut etiam prophetia & martyrium sine illa nihil esse credatur. Charitas enim uirtutum omnium*

Hieronym.

obtinet principatum. Tenenda est cum sanctis uiris unitas charitatis, & quantò se quisque subtrahit mundo, tantò necesse est, ut se societ bonorum consortio. Charitas in dilectione Dei & proximi constat. Seruat autem in se dilectionem Dei, qui à charitate non diuiditur proximi. Qui à fraterna societate secernitur, à diuinæ charitatis participatione priuatur. Terrarum longitudo non separat, quos charitas iungit. Ibidem lib. 3. cap. 27. A regno enim Dei se separat, qui semet ipsum à charitate dissociat. Charitas est perfecta dilectio in Deo & proximo. Omnis enim bonitas ex charitate & humilitate

Basilius. procedit. Basilius. Qui charitate plenus est, tranquillo animo & sincerissimo uultu procedit. Vir autem odio plenus ambulat iracundus.

Cæsarius. Cæsarius. Veram ergo charitatem, & ueram obedientiam retinentes, nihil de nostris meritis præsumamus, sed de Dei misericordia confidamus. Talia enim sunt sine charitate ieiunia, qualis sine olio lucerna. Nihil prodest quòd nos continuis uigilijs laboribusq; confligimur, si intra nos charitatem non habemus. Quia nihil prodest quòd affligis corpus tuum, si nibil proficis in corde tuo. Si charitas uera & humilitas non fuerit, de solo habitu religionis præsumere & considerare non debemus. Effrem.

Effrem. Charitas columna est, & firmamentum in anima sancta.

IN hoc capite Monalde obseruantissime, auctoritates citatas inuenies de dilectione Dei super omnia, & proximi sicut se ipsum. Dilectio Dei *in hoc differt à dilectione proximi, quia diligere* Deum *est uelle ei bonum quod habet, scilicet quòd sit omnipotens & summe bonus, & huiusmodi &c. diligere uerò proximum est uelle ei bonum non per essentiam, sed per gratiam. Item diligere* Deum *est in se & per se: proximum uerò in* Deum *& propter* Deum. *Vno itaque habitu charitatis diligitur* Deus *in se & propter se, & proximus in* Deo, *& propter* Deum.



Ominus dicit in Euangelio Mathæi 22. & Lucæ. 10. cap. diliges dominum Deum *tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.* Hoc *est maximum et primum mandatum. Secundum autem simile est huic.* Mathæus Lucas.
Diliges *proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis uniuersa lex pendet, et prophetæ.* Ioan. 14. *Qui diligit me sermonem meum seruabit.* Ibi. 15. *Si diligeretis me, & uerba mea in uobis manserint, quodcunque uolueritis petetis, & fiet uobis.* Ibi 13. *In hoc cognoscent omnes quòd mei estis discipuli, si uos inuicem dilexeritis.* 1. Petr. 1. *In fraternitatis amore simplici ex corde inuicem diligite.* 1. Ioan. cap. 2. Qui *diligit fratrem suum in lumine uadit, & scandalum in eo non est:* Qui *autem odit fratrem suum, in tenebris est, in tenebris ambulat, et nescit quo uadat: quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.* Ibi 4. Nos *ergo diligamus deum, quoniam ipse* Ioan. Petrus. Io. Apostolus

prior dilexit nos. Si quis dixerit, diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. & hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Qui autem non diligit fratrem suum, quem uidet, Deum quem non

Paulus. uidet quomodo ille diligere poterit? Paul. ad Roman. 12. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo enim legis dilectio est. Ad Ephes. 5. Ambulate in dilectione: sicut & Christus dilexit nos: & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Ad Roman. 8. Deligentibus Deum, omnia cooperantur in bo-

Esaie. num. Ad Corin. 2. & Esaiæ 64. Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: quæ præparauit

Salomon. Deus diligentibus illum. Salo. Prou. 17. Omni tempore qui bonus est, diligit, & fratris in angustijs comprobatur. Ecclesiastic. 3. Qui diligit Deum exorabit pro peccatis; et continebit se ab illis: & in oratione dierum exaudietur. Ibi 7. In omni uirtute tua dilige eum, qui fecit te: & ministros eius ne derelinquas. Ibi 13. Dilige Deum in omni uita tua. et inuoca eum in salute tua. Omne animal diligit simile sibi, & sic omnis homo proximum sibi. Ibi 27. Dilige proximum tuum, et coniunge fidem cum illo. Sicut qui dimittit auem de manu sua: sic qui derelinquit proximum suum. August. de spiritu & lit. Quantum Deum diligas, debes ex dilectione legis ostendere. Vita enim nostra dilectio est, Si uita dilectio est, mors odium, hominem cum uincis humana facilitate diabolum autem uincis inimici dilectione. Enutriatur in te dilectio, quæ sola ducit ad uitam. Idem de laude charitat. Breue præceptum tibi præcipitur. dilige, & fac quod uis. siue taceas, dilectione taceas, siue clames, dilectione clames: siue emendes, di-

lectione emendes: siue parcas, dilectione parcas. Idem de Doctri. Christian. *Omnes homines æque diligendi sunt: sed cum omnibus prodesse non possis, his potissimum consulendum est, qui pro locorum & temporum, uel quarumlibet rerum oportunitatibus constrictius tibi, quasi quadam sorte iunguntur.* Idem super cantic. 2. Primo diligendus est Deus, Secundo parentes, inde filij, post domestici, qui etiam si boni sint, malis filijs sunt præponendi. Inimicos autem non sicut te ipsum diligas, sed simpliciter. sufficit enim quòd odio non habeas. Hieron. in epist. ad Demetriadem. Fœlix conscientia illa, in cuius corde, præter amorem Christi, quæ est sapientia, castitas, patientia, atque iustitia, nullus alius uersatur amor, nec ad recordationem hominis aliquando suspirat, nec uidere desiderat: quod cum uiderit, nolit dimittere. In epist. ad Nepotia. Crebra munuscula, & sudariola, & fasciolas & uestes ori applicatas, & oblatos ac degustatos cibos, blandasq; ac dulces literas sanctus amor non habet. Sanctus amor impatientiam non habet. Falsus amor cito deprimitur. Amor ordinem nescit. Facilius enim negligentia emendari potest, quàm amor nasci. Idem in sermone quodam. Nihil amantibus durum, nullus labor difficilis, Amemus & nos Christum, & sic facile uidebitur esse difficile. Omnem hominem fratrem tuum esse iudica. Ambr. de Trinitate lib. 5. Dilectionem firmi christiani nulla uincunt tormenta, amantis enim plus incitatur charitas, si eum cuius sensit beneficia, prohibeatur amare. In sermone de assumpt. Hoc habet impatiens amor, ut quem desiderat, semper inuenire se credat: nec aliud cogitare potest, quàm quod diligit. Super epist. 2. ad Corinth. Ficta dilectio est, quæ in aduersitate de-

Hieronym.

Ambrosius.

Ambrosius. ʃerit. Super Beati immaculati. Verè diligit, qui ʃine triʃtitia, ʃine timore, uoluntario potius ʃtudio, quàm coacto, præcepta conʃeruat. Proximos autem noʃtros diligamus ſicut nos, ʃed non propter recepta beneficia uel ʃperata: ʃed propter hoc tantummodo quòd ʃunt naturæ noʃtræ participes. Acquirit filium cum quis fraternum acquirit amorem. Ibidem ʃuper Beati immaculati. Ille intelligit ʃuper pauperem, qui largitur pauperi. Nam quid prodeʃt miʃereri inopis, niʃi alimoniam eidem largiaris? ibidem. Hoc eʃt occidere hominem, uitæ ʃuæ ei denegare ʃubʃidia. Caue ne inter loculos tuos includas ʃalutem inopum, & tanquam in tumulis ʃepelias uitam pauperum. Greg. in Paʃtorali.

Gregorius. Nihil prætioʃius Deo uirtute dilectionis; Nihil deʃiderabilius eʃt diabolo extinctione charitatis. quiʃquis igitur ʃeminando iurgia dilectionem proximorum peremit, diabolo familiarius ʃeruit, Moral. lib.7. Quia duo ʃunt præcepta charitatis, Dei uidelicet, & amor proximi. Per amorem Dei gignitur amor proximi. Et per amorem proximi Dei amor nutritur. Nam qui amare Deum negligit, perfectè diligere proximum neʃcit. Et tunc plenius in Dei dilectione proficimus, ʃi in dilectionis gremio proximi charitatem colligamus. Moral. lib.21. Inimici dilectio ueraciter cuʃtoditur, cum non de profectu deijcimur, nec de ruina eius lætamur. Nemo enim amat aliquem quem non uult eʃʃe meliorem, & eum ʃtantem uoto perʃequitur, quem cecidiʃʃe gratulatur. Probatio ergo dilectionis exhibitio eʃt operis. Qui diligit Deum, & opera eius cuʃtodit, in illius corde dominus ueniet, & manʃionem faciet. Nec enim poʃʃet quiʃquam eum diligere, ʃi eum quem diligit non haberet. In proximi enim dilectione diʃcitur, qualiter perueniri debeat ad amorem Dei, hi nimirum & proximum diligunt, & tamen illa

men illa ſublimia dilectionis præmia non aſſequuntur, quia amorem ſuum non ſpiritualiter, ſed carnaliter impendunt. Sicut autem ignis amoris mentem erigit, ita ignis malitiæ mentem urit. Amando enim Deum noſtra in nobis mala ferimus: Diligendo autem proximum in quo prodeſſe poſſumus, feſtinemus. Sicut mors cor interimit, ſic ab amore rerum corporalium æternæ uitæ charitas occidit corpus. huius amoris uirtus hoc agere ſolet in animo, ut quem ipſe ſemper cogitat nullum alium credat ignorare. Sancta enim deſideria dilectionis creſcunt, ſi autem deficiunt, deſideria non fuerunt. Quicquid prouidetur in ſola charitate penſatur. Nec Deus enim uerè ſine proximo, nec proximus uerè diligitur ſine Deo. Charitas illa uera eſt, quæ in Deo diligit amicos, & propter Deum diligit inimicos. Ille enim propter Deum diligit, qui iam & eos diligit, à quibus non diligi ſcit. Baſilius. Vita quæque quantum lata fuerit in amore proximi: tantum alta erit in cognitione Dei. Qui diligit fratrem, in tranquillitate eſt cor eius: fratrem uerò odiens, tempeſtate circundatus eſt. Baſil. in Hexam. Qui uult ueram dilectionem præſtare; Chriſtum diſcat ſuauiter amare. quia Chriſtus amor eſt. Theſaurus indeficiens eſt amor diuinus, quem qui habet, diues eſt, quo quicunque caret, pauper eſt. Vnguentum ſuaue & optimum eſt amor ſummi boni, quo peſtes mentis ſanantur, & cordis oculi illuminantur. Ex tota igitur mente tua, dilige Deum, ut in omnibus actibus tuis placeas illi. Deus enim non uult uerbis tantum diligi, ſed corde puro, & operibus iuſtis. Magis ergo diligamus Deum quàm homines: quia & nos & parentes noſtros proprijs manibus finxit. Cuncta bona, quæ erga nos gerunt quotidie, beneficijs eius aſcribamus. Chriſtus diligendus eſt ſuper parentes. Non enim Baſilius.

tribuunt parentes ea quæ Christus. Proximum tuum habeto tanquam unum ex membris tuis. Cum nobis Deus magna beneficia præbet, nihil exigit à nobis, nisi ut diligamus eum, & mente nostra impolluta ei seruiamus, ut ille semper in nobis habitet, & nos in illo permaneamus. Isidorus de Summo bono lib.2. cap.3. Non poterit Deum diligere, qui noscitur in proximi dilectione errare. Totum ergo Christum non diligit, qui hominem odit. Bonorum discretio est non odire personas, sed culpas: et recta pro falsis non spernere, sed probare. Qui imperfecti sunt in Dei amore: sæpe se à uitijs separare disponunt: sed pondere uitiorum grauati, rursus ad ea uitia, quæ optant relinquere reuoluuntur. Sicut mors uiolenter separat animam à corpore: ita & dilectio Dei uiolenter segregat hominem à mundano & carnali amore. Qui Dei præcepta contemnit, Deum non diligit. Neque enim Regem diligimus, si odio leges eius habemus. Diligendo proximum, purgat oculum ad uidendum Deum. Ibi lib.3. cap.28. Duo sunt erga dilectionem proximi conseruanda. Vnum ne malum quis inferat, alterum ut bonum intendat. Primum ut caueat lædere, sequenter ut præstare & amare discat. Nam minus quàm inter duos dilectio esse non potest. Multum in terra dimersus est qui carnaliter hominem moriturum plus diligit quàm oportet. Quantum bonus est, qui pro Deo fratrem diligit: tantum perniciosus est, qui eum pro se ipso amplectitur. Dum rem concupiscimus temporalem amittimus spiritualem. Ibidem cap.30. Dilectio, quæ munere glutinatur, eodem suspenso dissoluitur. Dilectio uera in Deo manet, & Deus in ea. Cum Deo manere non possunt, qui esse in ecclesia Dei unanimes noluere. Clemens. Stultum est enim aliquem plus amare quàm Deum.

Isidorus.

Clemens.

Mentem enim quam repleuerit memoria Dei uirtus, spiritui maligno in ea non dabitur locus. Effrem. Si quis autem dilexerit Deum, illius in terra non erit mens, sed semper superiora desiderat, quæ amauit inde ducatur, inde illuminatur, inde reficitur de dulcissimo fonte. Effrem.

De Compassione proximi. Cap. VI.

IN hoc capite citantur auctoritates ad compatiendum proximo, non solùm in eius miserijs, paupertate, & calamitatibus, uerùm etiam in peccatis & uitijs existenti: & eò magis quia per ea perduntur sempiterna bona, & æternæ ac infernales pœnæ acquiruntur. fructus tandem compassionis, utilitas et modus eleganter ostenditur.

DOminus dicit in Euangelio Mathæi.7. Omnia quæcunque uultis bona ut faciant uobis homines, & uos facite illis. Hæc enim est lex & prophetæ. Paul. ad Roman. 12. Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus, necessitatibus sanctorum communicantes. Ibidem 8. Nos tamen compatimur, ut & glorificemur. Ad Galat. 5. Per charitatem seruite inuicem. Ibi. 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos, qui spirituales estis, instruite huiuscemodi in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tempteris. 1. ad Thessal. 5. Suscipite infirmos, patientes estote ad omnes 1. Pet. 3. In fide aût omnes unanimes estote, compatiêtes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles. Salo. Pro. 14. Qui despicit proximũ suũ peccat: qui aũt miseretur pauperi, beatus erit. Eccl. 22.

Mathæus. Paulus. Petrus. Salom.

In tempore tribulationis proximo permane fidelis, ut & in hæreditate illius cohæres sis. Ibi. 27. *Qui foueam fodit proximo suo in illam decidet. Et qui statuit lapidem proximo suo, offendet in eo. Qui laqueum alijs ponit, peribit in illo.* Ibi 29. *Perde pecuniam propter fratrem & amicum.* Ibi. 41. *Ne*

Augustinus. *auertas faciem tuam à proximo tuo.* Aug. in epist. ad Sebast. *Pia est ista tristitia, & si dici potest, bona miseria: uitijs alienis tribulari, non implicari; mœrere, non hærere; dolore contrahi, non attrahi.*

Hieronym. Hieron. in epist. *Natura hominum prona est ad clementiam, & in alieno peccato sui quisque miseretur.*

Ambrosius. Amb. de offic. *Nihil tam commendat christianum quàm miseratio charitatis.* Idem super Beati immaculati. *Pietas amica parentibus, grata Deo, dominum conciliat, necessitudines fouet. Dei cultura, merces parentum, filiorum stipendium, iustorum tribunal, egenorum portus, miserorum suffragium, indulgentia peccatorum.*

Gregorius. Gregor. lib. 19. Moral. *Tanto quisque perfectior est, quanto perfectius sentit alienos dolores.* Ibi lib. 20. *Tunc plena cordis nostri compassio est, quum mala inopiæ pro proximo suscipere non metuimus: ut illum à passione liberemus.* Ibidem. *Plus est aliquando compati ex corde, quàm dare: quia quisquis indigenti perfectè compatitur, minus æstimat omne quod dat: & rem quamlibet plerunque dat qui non compatitur. Compassionem etiam proximi plerunque obsidit pietas falsa. Qui enim dolorem excipit in aliena necessitate, crucem portat in mente. Neque enim aliter redemptoris nostri membra effici possumus, nisi hærendo Deo, & compatiendo proximo.* Idem in Homil. *Si quis uult uenire post me, &c. Crux quippè à cruciatu dicitur, et duobus modis tollitur: quum aut per abstinentiam affligitur corpus, aut per compassionem*

proximi affligitur animus. Hoc ergo nos debemus exhibere proximis; quod indignis nobis à creatore nostro conspicimus exhiberi. Minus proximum amare conuincitur, qui cum eo in necessitate illius, etiam ea quæ sibi necessaria sunt, partitur. Nulla quæ possemus fratribus nostris impendere bona recusemus. Inde enim ei qui est super omnia propinquamus. Sic debemus agere curam nostram, ut non negligamus curam proximi. Si ergo & quod impendi nobis recte uolumus, alijs impartimur: & quod nobis fieri nolumus, hoc alijs facere deuitemus, iura charitatis illæsi seruabimus. Basilius. Quod tibi accidere non uis, nec proximo tuo cupias euenire. Condole in alienis calamitatibus: satiare fletibus in alienis mœroribus. In tribulatione alterius & tu esto tristis. Talis esto alijs, quales optas alios circa te esse. Quod non uis pati, nec facias: & ne inferas alijs mala, ne patiaris similia. Ita clemens esto in alienis delictis, sicut in tuis: ut nec aliter te, nec aliter alios penses. Et sic alios iudica, ut iudicari cupis. Effrem. Cum enim onera nostra portamus, colluctatorem nostrum Diabolum confundimus, & superamus: & Dominum nostrum qui in cœlis est honorificamus. Sicut potus aquæ sitienti in æstu solis: sic sermo consolationis fratri in tribulatione tentationis posito.

Basilius.

Effrem.

IN hoc capite citantur anctoritates de misericordia, quæ, teste Augustino, est alienæ miseriæ in nostro corde compassio, qua utique si possemus, subuenire compellimur, & ideo in fine concluditur, quòd nullus in alio misericors esse poterit, qui praue uiuendo in se misericors non est. & quod neq; Dei misericordiam poterit mereri, qui ad pauperis precem non fuerit humanus.

Lucas.

Mathæus.



DOminus dicit in Euangelio Lucæ 6. *Estote misericordes, sicut & pater uester misericors est.* Math. 5. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Idem cap. 23. *Vè uobis qui reliquistis, quæ grauiora sunt legis: iudicium, & misericordiam, & fidem. Hæc enim oportuit facere, & illa non omittere.* Idem Math. cap. 18. *Nonne oportuit & te misereri conserui tui: sicut & ego tui misertus sum.* Ibi. 9. *Misericordiam uolo & non sacrificium.* Deuteron. 24. *Non negabis mercedem indigentibus & pauperibus.* Paul. ad Ephes. 4. *Estote autem inuicem benigni, misericordes.* Ad Colossen. 3. *Induite uos sicut electi Dei & sancti, & dilecti, uiscera misericordiæ.* Ad Timoth. 4. *Exerce te ipsum ad pietatem: Nam corporalis exercitatio ad modicum ualet: pietas autem ad omnia utilis est.* Iacob. 2. *Misericordia superexaltat iudicium.* Salo. Prou. 3. *Misericordia & ueritas non te deserant.* Ibi. 11. *Benefacit animæ suæ uir misericors: qui autem crudelis est, etiam propinquos abijcit. Clementia præparat uitam.* Ibi. 14. *Misericordia et ueritas præparant bona.* Ibi. 20. *Misericordia*

Deuterono.

Paulus.

Iacobus.

Salomon.

et ueritas custodiunt regem: & roboratur clementia thronus eius. Ibi. 21. Facere misericordiam & iudicium magis placet apud Deum quàm uictimæ. Ecclesiast. 4. In iudicandis populis esto misericors. Ibi. 16. Vt pater omnis misericordiæ faciat locum unicuique secundum meritum operum suorum. Ibi. 17. Quàm magna est misericordia Dei, & propitiatio illius conuertentibus ad se. Ibi. 18. Miseratio hominis circa proximum suũ, Misericordia autem Dei super omnem carnem. Qui misericordiam habet & docet, & erudit, quasi pastor gregem suum custodit. Ibi. 35. Qui misericordiam facit, offert sacrificium. Aug. de serm. domi. Beati illi qui subueniunt miseris: quoniam eis rependitur, ut per misericordem dominum de miseria liberentur. Nam id ipsum uidetur iustum, ut q à potentiore iuuari uult, adiuuet & inferiorem, in quo est ipse potentior. Idem ad Gal. Nihil ad misericordiam sic inclinat, quàm proprij periculi cogitatio. Oportet quippe etiam eum, qui misericordiam requirit, & ipsum pro salute sua aliquid elargiri. In exitu tuo cogita Deum, & in testamento tuo relinque pauperibus. Tu illuc uadis, & opera tua permanent. Hieron. 11. in epist. Misericordia affectio est, quæ nec uoluntate coercetur, nec rationi subijcitur: sed ipsas pias mentes ad compassionem dolentium necessario cogit affectu, ita ut si peccatum esset misereri, et si multum uellem non possem non misereri. Ambr. ad Timoth. 4. Omnis summa disciplinæ christianæ in misericordia et pietate est, quam aliquis sequens si lubricum carnis patitur, sine dubio uapulabit. In lib. de uiduis. Necessitudini generis diuinæ religionis pietas antefertur. Nulla enim merces Deo melior, quàm ea quæ habet pietatis munera. Idem de offi. Misericordia largior, ubi fides promptior. Greg. lib. Mor. Ille bene agit, quæ

Augustinus.

Hieronym.

Ambrosius.

Gregorius.

pia sunt, qui scit prius seruare, quæ iusta sunt: ut collatus in proximos riuus misericordiæ de iustitiæ fonte ducatur. Vbi misericordia quæritur, ibi sine controuersia salus est. Disciplina sine misericordia multum destituitur, si una sine altera teneatur. Idem in Moral. Misericordia à misero corde uocata est, eò quòd unusquisque intuetur quempiam miserum, & ei compatiens de dolore animus tangitur, ipse cor miserum facit, ut eum à miseria liberet, cui intendit. Isidor. Etimolog. lib.10. Misericors à compatiendo alienæ miseriæ uocabulum est sortitus: & hinc appellatam misericordiam quod miserum cor faciat dolentis alienam miseriam. Nullus autem in alio misericors esse poterit, qui praue uiuendo in se misericors non est. Cypria. Neque enim Dei misericordiam poterit mereri qui misericors ipse non fuerit. Neque à diuina pietate aliquid precibus impetrabit, qui ad precem pauperis non fuerit humanus.

Isidorus.

De sũmo bono lib.3.cap.64.

Cyprian.

De Eleemosyna. Cap. VIII.

IN hoc capite citantur auctoritates de eleemosyna, quæ est opus misericordiæ. In prima autem auctoritate, quæ habetur Lucæ 11. et consimilibus est aduertendum quod loquuntur de eleemosyna ordinata, ut ostendit August. in Enchiridion ad Laurentium cap.74. per totum.

Lucas.



Ominus dicit in Euangelio Lucæ 11. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Ibi. 12. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite uobis saeculos qui non ueterascunt, thesauros non deficientes in cœlis, quo fur non ap

propin=

propinquat, neque tinea corrumpit. Tobiæ 12. Melius est facere eleemosynam quàm thesauros auri reponere: quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata: et facit inuenire uitam æternam. Actus Apost. 10. Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascendent in memoriam in conspectu Dei. Ibi 20. Beatius est plus dare, quàm accipere. Paul. 2. ad Corinth. 9. Qui parce seminat, parce et metet. ad Galath. 6. Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus, non deficientes. Ibidem. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes homines, maxime autem ad domesticos fidei. Salo. prou. 13. Redemptio animæ uiri diuitiæ suæ. Ibi 14. Qui autem miserebitur pauperi, beatus erit. Qui calumniatur pauperem exprobat factori eius. Honorat autem eum qui miserebitur pauperi. Ecclesiast. 3. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis: & Deus prospector est eius, qui reddit gratiam. Ibi 4. Eleemosynam pauperis ne defraudes, et oculos tuos ne transuertas à paupere. Animam esurientem ne despexeris, & non exasperes pauperem in inopia sua. Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum angustianti. Rogationem contribulanti ne abycias & ne auertas faciem tuam ab egeno. Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram. Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius. Exaudiet autem illum qui fecit eum. Inclina pauperi aurem tuam, ut perficiatur propitiatio, & benedictio tua. Ibi 7. Exorare & facere eleemosynam ne despicias. Ibi 14. Ante mortem benefac amico tuo, & secundum uires tuas exporrige pauperi. Da pauperi & accipe. Iustifica animam tuam ante obitum tuum; quoniam non est apud inferos inuenire cibum. Ibi 17. Eleemosyna uiri quasi signacu-

Tobiæ. Act. Apost. Paulus. Salom.

Ibi 17. *Eleemosyna uiri quasi signaculum cum ipso*. Ibi 29. *Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. Propter mandatum assume pauperem, & propter inopiam eius ne dimittas illum uacuum. Pone thesaurum in præceptis altissimi, et proderit tibi magis quàm aurum. Qui facit misericordiam fœneratur proximo. Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis illius. In largitate enim pauperum non spolia, sed dona requiruntur*. Aug. in sermone de diuit. *Eleemosyna mundat peccata, & ipsa interpellat pro nobis ad dominum, quia quicquid pauperibus dederimus, ipsum integre possidebimus. Quamuis largiaris tuum, meliorem eleemosynam facis, si reddas alienum. Alienum autem est, quod habemus, si non competenter eo utimur ad salutem*. Idem de uerbis domini. *De iustis laboribus facite eleemosynas non de fœnore & usuris: fidelibus dico, quibus corpus Christi erogamus*. Hæc *enim est apud Deum grata eleemosyna, quæ ex uernacula exhibetur substantia, non quæ fraudulenta præda tribuitur*. Idem in epist. *Si uis esse mercator optimus, fœnerator ægregius, da quod non potes retinere, ut recipias, quod non poteris amittere. da modicum, ut recipias centuplum. da temporalem possessionem, ut consequaris hæreditatem æternam*. In serm. quodam. *Magna est uirtus eleemosynæ, quæ ardentium criminum globos suæ beneuolentiæ fonte refrigerat, & irriguo largitatis obruit incendia delictorum*. In tract. de miseric. Dei. *Perfecta eleemosyna est, ut ante occurrat esurientibus quàm à mendico rogetur. Non enim perfecta pietas est, quæ precibus extorquetur*. Hieron. ad Demetriadem uirginem. *Ad mensam religiosi, pauperes, & peregrini, cum illis Christum conuiuam esse noscant*. In epist. *Gloria epi-*

Augustinus.

Hieronym.

ſcopi eſt pauperum inopiæ prouidere: ignominia uerò omnium ſacerdotum proprÿs ſtudere diuitÿs. Quamuis omnem cenſum tuum pauperibus diſtribuas, nihil apud Chriſtum prætioſius erit, quàm quod manibus tuis ipſe confeceris. Idem ſuper Ecclesiaſt. 12. Qui dat indigenti peccatori, non quia peccator eſt, ſed quia homo eſt: non peccatorem, ſed iuſtum hominem nutrit. Ambr. in lib. de Offi. Beatus planè de cuius domo nunquam uacuo ſinu pauper exiuit. Neque enim quiſquam magis beatus, quàm qui intelligit ſuper pauperis neceſſitatem, & infirmi atque inopis ærumnam. In lib. de Offic. diſt. 86. Paſce fame eſurientem, quiſquis enim paſcendo hominem ſeruare poteris, ſi non paueris, fame occidiſti. Super pſal. Beati immaculati. Hoc eſt occidere hominem uitæ ſuæ ei ſubſidia denegare. Caue ne inter loculos tuos includas ſalutem inopum: & tanquam in tumulis ſepelias uitam pauperum. Greg. in regiſtro. Quicquid tribuitur pauperi, ſi ſubtili conſideratione penſetur: non eſt donum, ſed mutuum: quia quod datur, multiplicato ſine dubio fructu recipitur. In lib. 19. Moral. Qui indigenti proximo exteriorem ſubſtantiam præbet, ſed uitam ſuam à nequitia non cuſtodit: rem ſuam Deo tribuit, & ſe peccato. Hoc quod minus eſt obtulit autori, ſed hoc quod maius eſt, ſeruauit iniquitati. Idem in Moral. Ille perfectè tribuit, qui cum eo, quod afflicto porrigit, afflicti quoque animum in ſe ſumit, ut prius in ſe dolentis paſſionem transferat, & tunc contra dolorem illius per miniſterium concurrat. Beneficium debet exhiberi per pietatem, et bonum uerbum tribui per humilitatem. Idem. Sunt enim qui magna diligunt et multa ex his quæ poſſident, egenis diſtribuere pertractant, ut culpas ſuas ante Dei oculos uiſceribus miſericordiæ redimant. Dum

Ambroſius.

Gregorius.

quælibet necessaria indigentibus damus, sua illis reddimus; non nostra largimur. Terrena quippè oĩa seruando amittimus, sed bene largiendo seruamus. Quisquis ergo nunc bona opera indigentibus exhibet, ei specialiter impendit, cuius hæc amore exhibuerit.

Basilius. Basil. Homil. 1. Panis est famelici, quem tu tenes: nudi tunica, quam in conclaui conseruas; discalciati calceus, qui penes te marcescit: indigentis argentum, quod possides: quocirca tot labe factas, quot subuenire uales. Non sis uanus cum feceris eleemosynam indigenti, neque de illo cui fœneras meliorem expectes.

Isidorus. Isid. de Sum. bono lib. 3. cap. 64. Nulla scelera eleemosynis redimi possunt, si in peccatis quisque permansit. Nulla est delicti uenia, quando sic præcedit misericordia, ut etiam peccata sequantur. Quamuis quisq; sit egens, nullus tamen unde tribuat egẽti excusationem inopiæ potest obtendere: quoniam ex præcepto Saluatoris, etiam calicem aquæ frigidæ præcipiamur indigenti præbere. Duæ sunt eleemosynæ, una corporalis, scilicet egenti dare quicquid potueris, altera spiritualis: dimittere à quo læsus extiteris. harum prima adhibenda est miseris, secunda malis. De rapinis alienis eleemosynam facere, non est officium miserationis, sed emolumentum magnum est sceleris. Qui enim iniustè tollit, iustè nunquam distribuit. Nec bene alteri præbet, quod ab alio male extorquet. Ne eligas cui misereaatis; ne forte prætereas eum qui magis meretur accipere. Melior est beneuolentia dantis, quàm munus quod indigenti tribuitur. Qui ergo cum tristitia manum porrexerit, fructum remunerationis amittet. Tunc autem bene tribuitur, quando cum mentis hilaritate præbetur. Cyprian. Qui secundum Deum eleemosynam facit, Deo credit; & qui habet fidei ueritatem, seruat Dei timorem. Qui autem timorem Dei seruat, in miserationibus pauperum Deum cogitat.

IN hoc capite citantur. auctoritates de gratia. primò ne sit uenalis; quia gratis accepistis &c. inde per quem facta est; quia per Iesum Christum dominum nostrum. Animaduertere autem oportet quòd gratia aliquando sumitur pro dono à Deo nobis collato, & sic dona naturæ sicut ingenium, mentis perspicacitas gratia dicuntur. quid enim habes, quod non accepisti? aliquando dicitur donum quodlibet naturæ superadditum; sicut dicit Apostolus 1. ad Corinth. 12. Donationes gratiarum sunt: & sic gratia manifestatio est spiritus ad utilitatem ecclesiæ. Aliquando dicitur gratia gratificans, quæ est forma à Deo nobis gratis data sine meritis gratum faciens habentem & opus eius bonum reddens. De quibus omnibus quàm plurimæ hic colliguntur auctoritates.



Dominus dicit in Euangelio Mathæi. 10. Gratis accepistis, gratis date. Ioan. 1. Gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Petr. 1. cap. 1. Sperate in eam quæ offertur uobis gratia, in reuelationem Iesu Christi. Ibi. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Actus Apost. 15. Per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari. Paul. ad Rom. 5. Vbi autem abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Vt sicut regnauit peccatum in morte, ita & gratia regnet per iustitiam in uitam æternam. Ibi 6. Stipendia enim peccati mors, gratia autem Dei uita æterna. Ad Ephes. 4. Vnicuique autem uestrum data est gratia secundum mensuram

Mathæus. Ioan. Petrus. Act. Apost. Paulus.

Salom. donationis Christi. Solo. Prou.12. Qui bonus est, sibi hauriet à Deo gratiam. Ibi 23. Oculi tui uias domini custodiant. Ibi. 1. Vt addatur gratia capiti tuo. Gratia datur in conspectu omnis uiuentis. Ecclesiast.20. Est datum quod non est utile: & est datum cuius retributio duplex est. Ibi 21. In labijs sapientis gratia inuenitur. Ibi 40. Gratia sicut paradisus in benedictionibus, & misericordia in seculo permanet. Aug. in

Augustinus. Enchirid. Sola gratia discernit redemptos à perditis, quos in unum coaceruat massa perditionis, ab origine ducta creationis. In lib. de Baptismo paruulorum. Dei gratia cur ad istum ueniat, ad illum uerò non: occulta causa esse potest, iniusta non potest. In lib. de natura & gratia. Christi gratia, sine qua nec infantes, nec ætate grandes salui fieri possunt: non meritis redditur, sed gratis datur: propter quod gratia nominatur. In serm. quodam. Talis est gratia spiritus sancti, ut si in corde Iustitiam inuenerit, consumit & dissoluit: si per desiderium, permansiuum facit: si trepidationem, etiam abijcit. Idem de Spiritu et lit. Lex Dei, ciuitas est: lex data est ut gratia quæreretur, gratia data est, ut lex impleretur. Amb. in lib. de Offic.

Ambrosius. Gratia uehementior est ad diligendum quàm natura. reddendo uacuatur pecunia: gratia autem et habendo soluitur, et soluendo retinetur. Super Lucam. Vberior est gratia quàm petitio: semper enim dominus plus tribuit quàm rogatur. Gre.8. Moral. Dum

Gregorius. nos gratia diuini respectus illuminat, cuncta mentis nostræ nobis abscondita manifestat. Homil.23. In terra datur gratia, ut diligatur proximus è cœlo datur spiritus, ut diligatur Deus. Sicut ergo una est charitas, & duo præcepta: ita unus spiritus, & duo dona. Donum quod in tranquillitate sumitur, & in tribulatione manifestatur. Sunt nanque nonnulli qui donum in-


ligentiæ perceperunt, sed sola, quæ carnis sunt, sapiunt. in Homil. Ante Dei oculos nunquam est uacua manus à gratia: *si arca cordis plena sit bona uoluntate. Isidor. de Summo bono lib. 2. cap. 5. Interdum peccantibus nobis Deus sua dona non retrahit, ut ad spem diuinæ propitiationis mens humana consurgat. Ab illo enim nobis omnia bona gratia præueniente donantur. Profectus hominis donum Dei est. Nec à se potest quisquam sed à domino corripi. Non enim quicquam boni habet proprium homo: cuius uia non est eius: Cum quisque aliquod donum à Deo recipit, non appetat amplius quàm quod meruit: nedum alterius membri officium arripere tentat, id quod meruit perdat. Conturbat enim corporis ordinem totum, qui non suo contentus officio subripit alienum. Multis Dei donis gaudemus: quæ nos ab eo percepisse cognoscimus. Nam quòd sapientes sumus: quod diuites: quod potentes existimus: non alterius, sed potius diuino munere sumus. Vtamur ergo optime diuinis beneficijs, quatenus & Deum non pæniteat dedisse: & nobis accepisse sit utile. Munera gratiarum alia isti: alia uerò illi donantur. Nec dantur ita habere uni, ut non egeat altero. Auferre Deus dicitur donum, quod homo non habuit, idest quod accipere non meruit. Plerisque enim Dei dona donantur, perseuerantia uerò doni non datur.* Eusebius *Sicut gratis gratia accipitur à Deo ita gratis eadem ministretur.*

Isidorus.

Eusebius.

IN hoc capite aduerte quod iustitia aliquando sumitur pro uniuersali quadam rectitudine hominis, quæ est quædam uniuersalis uirtus: Aliquando pro iustitia, quæ est ipse met Deus, uel (sicut notarunt summi) potest accipi pro uirtute quadam, quæ æqualitatem constituit in his, quæ sunt ad alios, de quibus omnibus, & ipsius quoque iustitiæ laudibus cum gratiarum actione cumulatissimas hic habes auctoritates.

Matheus.



Ominus dicit in Euangelio Mathæi 6. *Quærite ergo primum regnum Dei, et iustitia eius: & hæc omnia adijcientur uobis.* Ibi 5. *Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam scribarum & phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Ibi 10. *Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.* Ibi.13. *Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum.*

Io. Apostolus

1. Ioan.3. *Qui facit iustitiam iustus est, sicut & ille iustus est.* Ibi.2. *Si scitis quoniam iustus est Dominus, scitote quoniam & omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est.* Iacob 3. *Fructus autem iusti in pace seminatur facientibus pacem.* Paul.ad

Iacobus.

Roman.3. *Sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata à lege & prophetis. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt in eum.* Ibi 6. *Exhibete uos tanquam ex mortuis uiuentes, & membra uestra arma iustitiæ Deo.* Ad Philippen. 1. *sitis sinceres & sine offensa in die Christi repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in gloriam & laudem Dei.* Ibidem ad Roman. 5. *Sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem: sic et per unius*

Paulus.

iustitiam

iustitiam in omnes homines in iustificationem uitæ. Et sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam, in uitam æternam. David Psal. 91. *Iustus ut palma florebit, sicut cedrus libani multiplicabitur. Idem* Ps. 96. *Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia.* Ps. 111. *In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit.* Sal. Prou. 4. *Iustorum semita quasi lux splendens procedit & crescit usque ad perfectam diem.* Ibi. 10. *Iustitia liberabit à morte. Non affliget Dominus fame animam iusti, et insidias impiorum subuertet. Memoriam iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet. Opus iusti ad uitam; uia autem impij ad peccatum.* Ibi. 11. *Iustitia rectorum liberabit eos, & in insidijs suis capientur iniqui. Iustus de angustia liberabitur, & tradetur impius pro eo. fructus iusti lignum uitæ: & qui suscipit animas sapiens est. Seminanti iustitiam merces fidelis.* Ibi 14. *Iustitia eleuat gentem, miseros autem facit populos peccatum.* Ibi 15. *Domus iusti plurima fortitudo: & eius uota placabilia.* Ibi 16. *Semita iustorum declinat mala; custos animæ suæ seruat uitam.* Ibi 20. *Iustus qui ambulat in simplicitate sua: beatos post se filios derelinquet.* Ibi 21. *Qui sequitur iustitiam & misericordiam, inueniet uitam, iustitiam & gloriam.* Ibi 28. *Fugit impius nemine persequente, iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit.* Ecclesiast 7. *Iustus perit in iustitia sua: et impius multo uiuit tempore in malitia sua.* Sapient. 1. *Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.* Ibi 3. *Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis.* Ibi 4. *Iustus si morte præocupatus fuerit, in refrigerio erit.* Ibi 5. *Iusti in perpetuum uiuent, & apud dominum est merces eorum.* Ecclesiast. 9. *Viri iusti sint tibi conuiuæ, & in timore*

David.

Salomon.

Dei sit tibi gloriatio. Ibi 12. Benefac iusto, & inuenies retributionem magnam, & si non ab ipso, certe à Domino. Ibi. 18. Ante iudicium para iustitiam tibi: & antequam loquaris disce. Ibi 27. Si sequeris iustitiam, apprehendens illam: & indues quasi poderem honoris, & inhabitabis cum ea, & proteget te in sempiternum: & in die agnitionis inuenies firmamentum. Ibi 4. Pro iustitia agonizare pro anima tua, & usque ad mortem certa pro iustitia: et Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Ibi 35. Oblatio iusti impinguat altare: & odor suauitatis est in

Augustinus. conspectu altissimi. Aug. de uerb. Apostoli. Amanda est iustitia, & in hac amanda, gradus sunt proficientium, primus est, ut amori iustitiæ non præponamus omnia quæ delectant. Idem de uera religione. Hæc est perfecta iustitia, qua potius potiora, & minus minora diligimus. Idem de Agone Christi. Humana iustitia diuinæ iustitiæ comparata iniustitia est, quia & lucerna in tenebris fulgere cernitur, sed in solis radio posita tenebratur. Si ego iustus sum, nihil timeo. nemo me conterere potest. Iustus enim confidit ut leo. Hier. ad Demetriadem.

Hieronym. Omnes uirtutum species uno iustitiæ nomine continentur. Homo Deo suppositus iustitiam percipit, comparatus amittit. Quia quisquis se autori bonorum comparat, se quod acceperat priuat. In epist. ad filiam Mauritij. Iustitia non est aliud, quàm non peccare, non peccare enim est præcepta legis seruare. Præceptorum legis obseruatio duplici genere obseruationis custoditur, ut nihil eorum quæ prohibentur facias, & cuncta quæ iubentur impleas.

Ambrosius. Ambr. In lib. de Paradiso. Iustitia magis alijs quàm sibi prodest, & utilitates suas negligit, communia emolumenta præponens. Idem in lib. de Offic. Iustus communia pro suis habet, & sua pro communibus. Iustus semetipsum

prius quàm alios accusat. Ille enim est iustus, qui nec sibi parcit, nec alteri, & occulta sua latere non patitur. Ibidem. Iustitia est quæ nihil alienum uendicat, quæ cuilibet dat, quod suum est, quæ negligit propriam utilitatem, ut seruet communem æquitatem. & secundum ipsum prima iustitia in Deum, secunda in patriam, tertia in parentes, quarta in omnes. Greg. in Registro. Summum bonum est iustitiam colere, ac unicuiq; sua iura seruare, & subiectis non sinere quod potestatis est fieri, sed quod æquum est custodiri. Turpe est defendere quod non constat esse iustum. Iustum autem est homines propter iustitiam diligere, non autem iustitiam propter homines postponere. Idem lib. 5. Moral. Sæpe ipsa nostra iustitia ad examen diuinæ iustitiæ deducta, iniustitia est. & sordet in districtione iudicis, quod in æstimatione fulget operantis. Sicut nonnunquam grauius est peccatum diligere, quàm perpetrare; ita nequius est odisse iustitiam, quàm non fecisse. Iustitia si modum non habet, in incredulitatem cadit. Cum mundi finis appropinquat, electi tolluntur, ne deteriora uideant. Sic iustis irascitur Deus, ut tantum eorum corda per iustorum consortia consoletur. Isidor. Multi apud homines reputantur electi, sed apud Deum reprobi existunt. Et multi apud homines reprobi sunt, et apud Deum electi sunt. Nullus autem se putet electum, ne forte iam apud Deum sit reprobus. Idem in lib. 3. de Summo bono cap. 66. Quamuis quisque sit iustus in hac uita; tamen dum ex corpore isto egreditur, pertimescit ne dignus supplitio sit. Finem iustorum optimum uocatio tranquilla commendat. Cyprian. de 12. abusio. Iustitia regis pax est populorum, immunitas plebis, munimentum gentis, gaudium hominum terræ fœcunditas, solatium pauperum, hæreditas filiorum, & sibi met ipsi spes futuræ beatitudinis.

Gregorius.

Isidorus.

Cyprian.

HVmilitas (ut ait beatus Augustinus) est ex intuitu propriæ conditionis & sui conditoris uoluntaria mentis inclinatio in suo imo ordinabili ad suum conditorem. hoc modo Abraham secum agens aiebat. Loquar ad dominum Deum meum cum sim puluis & cinis Gen. 18. Vnde in hoc capite de humilitate pulcherrimæ citantur auctoritates.

Matheus. Ominus dicit in Euangelio Mathæi 11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Ibi 18. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cœlorum. Lucæ 14. & 18. Omnis qui se exaltat humiliabitur; & qui se humiliat exaltabitur. Item Esaiæ prophet. 66. Ad quem autem respiciam, nisi ad paruulum, humilem, & trementem sermones meos. 1. Petr. 5. Omnes enim inuicem humilitatem insinuate, quia Deus superbis resistit, humilibus uerò dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, & uos exaltet in tempore uisitationis. Iacob. 4. Humiliamini in conspectu Dei, & exaltabit uos. Paul. ad Philippen. 2. Sitis unanimes ad ipsum sitientes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes, non alta considerantes, sed humilibus consentientes. Salo. Prou. 11. Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: ubi autem humilitas Dei, ibi erit & sapientia, Ibi 15.

Lucas. Esaiæ. Petrus. Iacobus. Paulus. Salom.

Timor domini disciplina sapientiæ: & gloriam præcedit humi litas. Ibi 29. Superbum sequitur humilitas, et humilem spiritu suscipiet gloria. Ibi 16. Melius est humiliari cum mitibus, quàm diuidere spolia cum superbis. Ibi 18. Antequam conteratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur. Ecclesiastic. 3. *Quantò maior es, tantò te humilia in omnibus, & coram* Deo *inuenies gratiam: quoniam ab humilibus honora tur* Deus. *Ibi 13. Humilia te* Deo, *& expecta manus eius. Ibi 19. Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo.* Aug. *de* Verbis domini. *Omnes delectat celsitudo, sed humilitas gradus est. Quid tendis pedem ultra te? Cade re uis, non ascendere à gradu incipe & ascendisti. Idem ad* Diascorum. *Excelsa est patria, humilis est uia. Ergo qui quæ rit patriam, quid recusat uiam?* Deus *humilis factus est, erubé scat homo superbus esse. Ille attendit ad laudem* Dei, *cuius ceruicem inclinat humilitas, & non erigit supra. Idem super* Math. *serm. 59: Humilis si eris, tutior ambulabis. non præcipitaberis, non laberis,* Hier. *ad* Celantiam. *Humilitatem se quere, non eam quæ ostenditur, aut simulatur gestu corporis. aut fracta uoce uerborum: sed eam quæ puro cordis affectu exprimatur. Aliud enim est uirtutem habere: aliud uirtutis similitudinem. Idem epist. 27. Multi humilitatis umbram, ueritatem pauci sectantur. Ibidem. Auferantur omnia figmenta uerborum, cessent simulati gestus. Virum humilem patientia ostendit. Ad sublimitatem uirtutum non potentia, sed humilitate uenitur. Idem super* Mathæi 19. *Humilitas sola est obserua trix & custos, & nibil est quod ita* Deo *nos gratos faciat & hominibus, quàm si uitæ merito non magni, sed humilitate infimi uideamur.* Ambr. *super* Lucam *lib. 7. Nihil excelsius*

Augustinus.

Hieronym.

Ambrosius

humilitate, quæ quasi semper superior nescit extolli, quia nemo id affectat, quod infra se iudicat. Ibidem. Bona humilitas nihil appetendo, totum quod contemnit adipiscitur. Ambr. in quadam epistola. Sæpe flectit humilitas, quod nec uirtus potuit superare, nec ratio. Greg. lib. 8. Moralium. Quisquis non sponte se humiliat: nequaquam hunc sequens gloria exaltat. Perit omne quod agitur, si non in humilitate custoditur. Idem Homil. 6. Qui sine humilitate uirtutes congregat, quasi in uentum puluerem portat. In cunctis se despicit, qui in suis oculis se humilem esse profitetur. Humilitas autem uera est, qua quis de se parua æstimat, & bona alterius sine inuidia & liuore commendat. Qui ex desiderio loca ultima tenet, semper humilitate in altum non se sublevat: & cœlestis regni purpuram mente seruat. Humilitas quantum inclinatur ad ima, tantum proficit in excelsum. Tantum enim necesse est, ut se unusquisque in humiltate deprimot, quantum si sit elatus ignorat. Via domini ad cor dirigitur, cum ueritatis sermo humiliter auditur. Idem super euang. Math. Homil. 9. Tanto quisque ex munere humilior esse debet, quanto se obligatorem conspicit in reddenda ratione. Cor carnale dum huius uitæ gloriam quærit, humilitatem respuit. humiles autem donum accipiunt quod à se corda superbientium repellunt.

Gregorius.

Origenes. Si humilis & quietus non fuerit homo, non poterit in eo gratia spiritus sancti habitare. Basil. in Hexame. Tria sunt quæ radicata nutriunt humilitatem, scilicet assiduitas subiectionis, consideratio propriæ fragilitatis, & consideratio rei melioris. Idem. Humilis licet habitu uilissimus sit, gloriosus tamen est uirtutibus. Superbus autem & si decorus uideatur aspectu, uilis tamen operibus est. Isidor. de Summo bono

Origenes

Basilius.

Isidorus.

lib.2. cap.38. Sine humilitate uirtus quælibet, & sine charitate uitium deputatur. Ibi lib.3. cap.20. Summa uirtus est humilitas, & summum uitium est superbia. Esto in humilitate fundatus: Esto omnium nouissimus & ultimus, ut ex humilitate exalteris. Minimum te fac omnibus. Nulli te præponas. Nulli te superiorem deputes. sed existima omnes superiores esse tibi. Quamuis summus sis, humilitatem tene. quia si humilitatem tenueris gloriosus eris. Quantum enim humilior fueris, tantum te sequetur gloriæ altitudo. Descende ut ascendas, humiliare ut exalteris: ne exaltatus humilieris. Humilitas autem casum nescit, humilitas lapsum non nouit, humilitas lapsum nec passa est. Qui enim sibi uilis est, ante Deum magnus est. Et qui sibi displiceat, Deo placeat. Esto igitur paruulus in In Synoni.
oculis tuis, ut sis magnus in oculis Dei. Tantum eris ante Deum pretiosior, quantum fueris ante oculos tuos despectior. Porta quoque uerecundiam in uultu de recordatione delicti. Puluis es, in puluere sede. Cinis es, in cinere uiue. In summo honore, summa tibi humilitas sit. Non te extollat honor.
Omne enim quod supereminet plus mœroribus afficitur, quàm Lib.3.c.48
honoribus gaudet. Tanto maior in humilitate perspicuus est homo, quanto magis dignitate prælatus. Cæsarius. Nunquam Cæsarius
enim uera humilitas & uera obedientia sine charitate aut fuerunt, aut esse poterunt. quia sicuti ignis sine calore aut sine splendore non est, ita & charitas sine humilitate, & sine uera obedientia esse non potest. In uita Patrum. Corporalis la- in vita Patr.
bor dux est humilitatis. Omnis enim labor sine humilitate uanitas est, nec ipsa irascitur, nec alium irasci permittit. Humilitas est si quando peccauerit in te frater tuus, antequam ille pœniteat indulseris ei. Humilitas autem præcursor est cha

ritatis. Et sicut Ioannes præcursor fuit Iesu omnes trahens ad eum, ita & humilitas præcursor est charitatis, quam si quis non habeat, nec quoque uitam habet.

De Mansuetudine & Temeritate. Cap. XI.

SEcunda uirtus temperantiæ annexa est mansuetudo ipsa, quæ moderatur iras. in effectu conuenit cum clementia, sed differt; quia clementia moderatur exteriorem punitionem: mansuetudo autem diminuit passionem uindictæ. Est autem uirtus, quia bonum facit habentem. Est quoque beatitudo & fructus spiritus, quia eius actus spiritualem dilectionem inducit. De ea ergo copiose in præsenti capite dicitur, in quo etiam aliquæ auctoritates de temeritate ponuntur.

Mathæus. Ominus dicit in Euangelio Mathæi 5. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. et Ibi 11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.

Paulus. Paulus ad Ephes. 4. Obsecro uos ut digne ambuletis cum omni humilitate & mansuetudine cuncta patientia supportantes. Ad Thessalonic. 5. Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, patientes estote ad omnes. Ad Titum 3, Omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. 2. ad Timoth. 2. Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem: cum modestia corripientem omnes qui resistunt ueritati.

Salomon. Salo. Prou. 3. Illusores dominus deridet, et mansuetis dabit gratiam. Eccl. 1,

Benepla-

Beneplacitum est domino fides, & mansuetudo. Ibi 5. Esto mansuetus ad audiendum uerbum Dei, ut intelligas, & cum sapientia proferes responsum uerum. Ibi 10. Fili in mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorem secundum meritum suum. Ibi 3. In mansuetudine opera tua perfice, et super hominum gloriam diligeris. Ibi. 9. Homo litigiosus et temerarius in uerbo suo odibilis est. August. de Serm. domini in monte. **Augustinus.** *Mites sunt qui cedunt improbitatibus, & non resistunt in malo, sed uincunt in bono malum. Cum sint homines per iniquitatem inferiores, superiores se putant omnibus hominibus. Hieron. super Math. 5.* **Hieronym.** *Mitis est ille, quem non rancor uel ira afficit, sed omnia æquanimiter sustinet, non irritat nec irritatur, non nocet nec nocere cogitat. Sicut enim ciuitas dirupta & non circundata, sic est uir qui non cum consilio, sed furiositate aliquid agit. Ambr. super Lucam lib. 5.* **Ambrosius.** *Quid mihi prodest carere sceleribus, nisi fuero mitis atque mansuetus? Beatus, qui seueritatem & mansuetudinem tenet, ut altero disciplina seruetur, altero innocentia non opprimatur. Greg. Moral.* **Gregorius.** *lib. 19. par. 4. cap. 23. Regat ergo rigor disciplinæ mansuetudinem, & mansuetudo ornet sermone rigorem. Et sic alterum commendetur ex altero, ut nec rigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta. In rectitudine iustitia, in simplicitate mansuetudo figuratur. Sæpe enim quisque nimiæ mansuetudini studens, subiectorum uitia aspicit, atque hæc per furorem cœli corrigere recusat: fitq; ut eius leuitas & sibi sit & subiectis inimica. Isidor.* **Isidorus.** *Ne quid leuiter agas, nec temerè aliquid facias. Cypr.* **Cyprian.** *Docibilis ille est qui ad discendi patientiam humilis est, ac mitis. Leuitas cupit laudari semper. Sicut nauis cum iactatur à fluctibus absque gubernatore, ita & leuis circunfertur instabilis per*

in vita Patr. omnes actus suos. In uita Patrum. Mansuetum diligit dominus, turbulentum autem repellit à se. Sicut enim lucifer in cœlo, & sicut nix in paradiso, sic anima mitis, & mens pura. Quantum enim quis in lenitate, ac patientia cordis fuerit, tantum in corporis puritate proficiet. Euseb. Bestiarum feritas

Eusebius.

Dei uirtute mansuescit, humana uerò rabies nec ferarum mitescit exemplis. Iosephus Inconsulta temeritas nescit consilium spectare ducis.

Ioseph.

De Simplicitate. Cap. XIII.

Simplicitas proprie uocatur quasi sine plica: & quandoque sumitur pro puritate et rectitudine conscientiæ: quandoq; pro quadam pusillanimitate discretioni contraria, quæ negligentia siue stultitia est.



Matheus. Dominus dicit in Euangelio Math.10. Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ. Ibi 6. & Lucæ 11. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, corpus totum tuum tenebrosum erit. Paulus. 2. ad Corinth.1. Gloria nostra hæc erit testimonium conscientiæ nostræ: si in simplicitate cordis, & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati fuerimus. Ibi 11. Corrumpantur sensus uestri, & excidant à simplicitate quæ est in Christo Iesu. Salo. Prou.11. Simplicitas iustorum diriget eos: & supplantatio peruersorum uastabit illos. Ibidem. Iustitia simplicis diriget uiam eius, & in impietate sua corruet impius. Ibi.14. Innocens cre-

Lucas.

Paulus.

Salom.

dit omni uerbo. Ibi 28. Qui docebit iustum in uia mala, in interitu suo corruet, & simplices possidebunt bona eius. Ibi. 29. Viri sanguinum oderunt simplicem, iusti autem quærunt animam eius. Sapientiæ. 1. Sentite de domino in bonitate: & in simplicitate cordis quærite illum. quoniam inuenitur ab his qui non tentant eum. Aug. super Ioan. Hom. 2. Simplex eris, si te mundo non implicaueris, sed explicaueris: explicando te à mundo, simplex: implicando duplex eris. Hiero. super Oseæ. Prudentia absque simplicitate malitia est, & simplicitas absque ratione stultitia nominatur. Sancta rusticitas sibi soli prodest, & quantum ædificat ex uitæ merito ecclesiam Christi, tantum nocet, si destruentibus ueritatem non resistat. In seruo Dei non corporis cultus, sed animæ uigor quæritur, quæ carnis infirmitate fit fortior. Nec rusticus & tantum simplex quisquis ideo se sanctum putet, si nihil nouerit: nec peritus aut loquens in lingua existimet sanctitatem. Multoq; melius est rusticitatem sanctam habere, quàm eloquentiam peccatricem. Venerationi habenda est non uerbosa, sed sancta rusticitas. Fabrica spiritalis est fides firma in corde, galea salutis in capite, signum Christi in fronte. Verbum ueritatis in ore, uoluntas bona in mente: dilectio Dei in pietate, præcinctus castitate in ardore, honestas in actione, sobrietas in consuetudine, stabilitas in bonitate, humilitas in prosperitate, patientia in tribulatione, spes in creatore, amor uitæ æternæ, & perseuerantia usque in finem. Greg. lib. 22. Moral. Nihil simplici corde fœlicius: quia ex quo innocentiam erga alios exhibet, nihil est quod pati ab alijs formidet. habet enim quasi artem quandam simplicitatem suam. Nec suspectus est pati, quod se fecisse non meminit. At contra mens praua semper in laboribus est, quia aut molis

Augustinus.

Hieronym.

Gregorius.

tur mala, quæ inferat: aut metuit, ne sibi hæc ab alijs inferantur. Idem. Si nostra intentio apud Deum simplex fuerit, in eius iudicio nostra actio tenebrosa non erit. Qui cauti esse per rectitudinem nesciunt, nequaquam innocentes persistere per simplicitatem possunt. Sancta electorum ecclesia simplicitas suorum, & rectitudinis uias timore inchoat, sed charitate consumat. Cum zelo quo quisque feruet, sit & temperans: ne si plus ferueat quàm oportet, perdat iustitiam, cuius seruare moderamina ignorat. Sæpe enim quis iracundiæ stimulus iunctus contra delinquentes zelo ulciscendæ iustitiæ, plusquam necesse est, inflammatur. Iustitiæ limitem in ultione transiens agit crudeliter, quod se iustè agere suspicatur. Isidorus. Sit ingressus tuus simplicitas, Nihil leuitatis in secessu tuo appareat. Animus in corporis habitu apparet. Gestus corporis signum est mentis. Incessus tuus alterius oculos non offendat. Basil. Deus non uerborum, sed cordis inspector est: & diligit eos, qui in simplicitate cordis seruiunt ei. Euseb. Ea quæ apud homines despecta sunt & in contemptu, habentur in magna gloria apud Deum. Quæ fragilia sunt per naturam, Charitas Dei per gratiam facit esse firmissima.

Isidorus.

Basilius.

Eusebius.

De Virginitate. Cap. XIIII.

Virginitas quandoque sumitur pro pudicitia mentis cum integritate carnis quantum ad propositum seruandi eam, sic uirginitas mansisset in beata Lucia, si inuita per tyrannum corrupta fuisset. quandoque pro pudicitia mentis cum integritate carnis, non solum in proposito, sed etiam in re ipsa, quae est in carne corruptibili perpetua incorruptionis meditatio: de qua in hoc capite.



Dominus dicit in Euãgelio Math.22. Filij huius saeculi trahunt et traduntur ad nuptias. Luc.20. Illi uerò qui digni habentur saeculo illo et resurrectione ex mortuis neque nubunt, neque ducunt uxores. neque enim ultra mori poterunt. Aequales enim angelis sunt, & filijs Dei, cum sint filij resurrectionis. Genes. Virginitas .n. thesaurus impretiabilis est. 1. Paul. ad Corint. 7. De uirginibus autem praeceptum domini non habeo: consilium autem do tanquam misericordiam consequutus à domino, ut sim fidelis. quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori noli querere solutionem. Solutus es ab uxore noli quaerere uxorem. Si autem acceperis uxorem non peccasti: & si nupserit uirgo, non peccauit. tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Qui sine uxore est, sollicitus est, quae domini sunt: quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est sollicitus, est quae sunt mundi, quomodo placeat uxori: & diuisus est. Et mulier innupta & uirgo cogitat quae domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Quae autem nupta est, cogitat quae sunt mundi: quomodo placeat uiro. hoc ad utilitatem uestram dico,

Mathaeus. Lucas. Genesis. Paulus.

Augustinus. *non ut laqueum uobis iniiciam. August. epist. 128. Beatius est in carne imitari uita angelorum quàm ex carne augere numerum mortalium. Hæc est uberior fœcundiorq; fœlicitas non uentre grauescere, sed mente grandescere: non lacessere pectore: non uisceribus terram, sed orationibus cœlum parturire. Super Ps. 29. Quid prodest integra caro, mente corrupta? Melius est humile coniugium quàm superba uirginitas. Nihil enim prodest uirginitas corporis, ubi operatur pollutio mentis. Tales enim decet dominum habere ministros, qui in nulla carnis contagione corrumpantur, sed potius continentia splendeant castitatis. Idem super psal. 17. Quæ autem est uirginitas mentis? integra fides, solida spes, syncera charitas. Idem de bono Virgin. super illud, Virgines enim sunt. Gaudia uirginum non sunt eadem cum non uirginibus, quamuis Christi: nam sunt alijs alia, sed nullis talia.* Hier. Ad Eugenium in epist. *Virginitas in eo facilior est, qui carnis incentiua non nouit, & uiduitas in eo solicitior, quod præteritas in eo recolit uoluptates. Multum distat inter puritatem uirginalis animæ nulla contagione pollutæ, & sordidorum eius, quæ multis libidinibus subiacuit. Centenarius, primus numerus est, qui pro uirginitatis corona uirginibus deputatur. Sexagenarius gradus secundus, pro continentiæ labore uiduarum est, Tricenarius tertio loco nuptiarum fœdera ipsa dignitas coniunctione testatur: At si uiduæ conuertantur admisso primo gradu, per tertium perueniunt ad secundum. Tenera res est in fœminis fama pudicitiæ, & quasi flos puri æris cito ad leuem auram marcescit.* In epist. *Quacunque uirtute polleas, quibuscunque operibus niteas, si cingulo castitatis careas, omnia per terram trahes. Nihil prodest carnem habere uirginem, si mente quis*

Hieronym.

nupſerit. Ad Demetriadem epiſt. 67. Nunquam detractio ex uirginis ore procedat. Ambr. de Viduitate. Virgo quæ Christum requirit, non debet eſſe uulgaris, non in foro, non in plateis, non eſſe uoce quærula, greſſu lubrica, auditu facilis, uilis aſpectu. Supergreditur uirginitas conditionem naturæ humanæ, per quam homines angelis aſſimilantur. maior tamen eſt uictoria uirginum, quàm angelorum. Angeli enim ſine carne uiuunt, uirgines uerò in carne triumphant. Idem de Offic. Quanta eſt uirginitatis gratia? quæ meruit à Christo eligi, ut eſſet corporale Dei templum, in qua corporaliter habitauit plenitudo diuinitatis. uirgo genuit mundi ſalutem, uirgo peperit uitam uniuerſorum æternam. Idem de Virg. lib. 2. Quis poteſt maiorem æſtimare pulchritudinem decore uirginis, quæ amatur à rege, probatur à iudice, dedicatur domino, conſecratur Deo. Greg. super Ezech. Flos eſt uirginitas, flos martyrii, flos actio bona. In horto uirginitas, in campo martyrium, bonum opus in thalamo. Idem ſuper illud Geneſis 19. In montem ſaluum te fac. Virginitas altus mons eſt, ad quam Angelus hortatur; ſed qui uidet ſe non poſſe aſcendere, maneat in Segor, ideſt in legitimo matrimonio: quia melius eſt mediocri bono uti, quàm per abrupta libidinum præcipitari. In Moral. Nulla eſt caſtitas carnis, quàm non commendat humilitas mentis. Iſidorus libr. 2. de Summo bono cap. 20. Virginitas nuptijs præfertur. Illud enim bonum eſt, hoc autem optimum. Coniugium conceſſum eſt, uirginitas autem tantum admonita, non iuſſa. Virgines fœliciores ſunt in uita æterna. Qui caſti perſeuerant & uirgines, angelis Dei eſſiciuntur æquales. Amanda eſt pulchritudo caſtitatis, cuius de-

Ambroſius.

Gregorius.

Iſidorus.

gustata delectatio dulcior inuenitur, quàm carnis. Castitas enim fructus suauitatis est, et pulchritudo inuiolata sanctorum. Castitas securitas mentis est, sanitas uerò corporis. Omne peccatum per pœnitentiam recipit uulneris sanitatem, uirginitas autem si labitur, nullatenus reparatur. Virgo carne non mente, nullum habet præmium in repromissione. Nihil enim prodest incorruptio carnis, ubi non est integritas mentis. Virgines de suis meritis gloriantes, hypocritis comparantur. qui gloriam boni operis foris appetunt, quam intra conscientiam humiles habere debuerunt. Melius est uxorem ducere, quàm pro libidinis ardore perire. Continentia hominem Deo *proximum facit, ubi ergo ista manserit, ibi & Deus manet. Castitas hominem ad cœlum coniungit, & eundem ad cœlum protrahit.*

Cyprian. Cyprian. *In lib. de* Virgin. Nunc *nobis ad uirgines sermo est, quarum quò sublimior est gloria, maior est cura. Flos enim est ille ecclesiastici germinis, decus ac ornamentum gratiæ spiritualis, illustrior portio Iesu* Christi. *Virginitas est soror angelorum, uictoria libidinum, regina uirtutum possessio omnium bonorum. Idem de xii. abusionibus. Castitas est ornamentum nobilium, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo uilium, solamen mœrentium, decus religionis, minoratio criminum, multiplicatio meritorum, creatoris omnium* Dei *amica.*

Cæsarius Cæsarius. *Nihil prodest uirginitatem corporis custodire, si oculorum concupiscentias noluerit euitare. Non enim carnis integritas seruatur, ubi animus superbiæ tumore corrumpitur. Longa castitas post peccatum, imitatrix est uirginitatis:* Virginitas *in corpore nihil proderit, si charitas aut humilitas à corde discesserit.* Melior *est humilis coniugalitas, quàm superba uirginitas.*

De Securi=

De Securitate. Cap. XV.

SEcuritas cum sit pars fortitudinis expellit timorem inordinatum, & eius officium est contra fortunæ aspera solatium dare. Et est quædam securitas commendabilis; quæ habet puritatem conscientiæ, continuam peccatorum pœnitentiam, rerum terrenarum contemptum, interni et externi boni amorem & sinceram dilectionem. Quæ uerò reprehensibilis est, temeraria est & neglgens. dicitur in Ecclesiast.8. Sunt impij, qui ita securi sunt quasi facta iustorum habeant. De *utraque agitur in præsenti capite.*



Ominus dicit in Euangelio Marc. 13. *Vigilate ergo quia nescitis qua hora Dominus uester uenturus est: omnibus dico uigilate.* 1. *Petr.* 4. *Estote itaque prudentes & uigilate in orationibus.* 1. *Paul. ad Thessalon.* 5. *Cum enim dixerint homines pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Salom. Eccl.* 9. *Sunt iusti atque sapientes & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo, utrum amore an odio dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta. Ibi.*8. *Sunt impij qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant, sed & hoc uanissimum iudico. Sapientiæ* 6. *Qui uigilauerit propter lucem, cito securus erit. Quoniam dignos se ipsa circuit quærens: & in uijs suis ostendet se illis hilariter.* 2. *Paralip.* 20. *Credite in domino Deo uestro & securi eritis: credite prophetis eius & cuncta euenient prospera. Iob.*11. *Cum te consumptum putaueris, habebis fiduciam proposita tibi spe: & defossus secu-*

Marcus. Petrus. Paulus. Salom. Paralipom. Iob.

Augustinus. rus dormies. Requiesces, et non erit qui te exterreat. Aug. de confess.lib.10.Nemo securus debet esse in uita ista quæ tota tentatio nominatur,ut qui fieri potuit ex deteriore melior, non fiat etiam ex meliore deterior. Idem de singularit. cleric. Expedit multò bene timere,q̃ male fidere, et utilius est, ut infirmum se esse cognoscat,ut fortis existat,q̃ fortis uideri uelit, et infirmus emergat.Idem de lib. arbit.Nemo securus est in his bonis, quæ potest inuitus amittere. ueritatem autem atq; sapientiam nemo

Hieronym. amittit inuitus. Hier.de cohabit. cler.et mulier. Nunquam securus cum thesauro latro tenetur inclusus. nec infra unam cauernam habibitans cum lupo tutus est agnus. Ipse uoluit penetrari,qui hostem proprium in suas partes induxit;et intestinum sibi gladium ipse supponit,qui locum habitationis suæ aduersarij ingressibus reseruauit. Cauendum est, ne quod in uobis optimum est labatur in uitium. Ideo nobis dominus celauit sui aduentum, ut penduli spectationis incerto semper iudicem nostrũ credamus esse uenturum, quem quando uenturus sit, ignoramus. Greg. in Pastoral. Quibusdam sæpe magnitudo uir-

Gregorius. tutis occasio fuit perditionis, ut cum de confidentia uirium inordinatè securi essent, per negligentiam inordinate morerentur. Mater enim negligentiæ solet esse securitas. Videndo ergo meretricem. idest Magdalenam, de tua liberatione non desperess sed etiam Iudam cogitando, securus esse non debes. Confidentia enim stantem euertit, & desperatio post lapsum exurgere non dimittit. Idem in Moralib. Sæpe mens dum uirtutis suæ securitate resoluitur, insidiante aduersario inopinatæ culpæ telo perforatur. & inde à Deo in æternum longè fit, unde ei ad tempus sine cautelæ custodia propinquauerit. Incassum munita sunt cætera, cum locus unus, de quo hosti

patet aditu, non est munitus. Sæpe quem tentationis certamen superare non ualuit, sua deterius securitas strauit. Si qua est præsentis temporis lætitia ita est agenda, ut nunquam amaritudo futuri iudicij à memoria recedat. Plerunque hostis callidus mentem cum peccato supplantat, cum de ruina afflictum respicit, & securitatis pestiferæ blanditus seducit. Qui igitur mente securus est; de præteritis iniquitatibus ipse sibi testis est: quia innocens non est. Cumq; mens secura redditur, in corpore animus luxatur. Cum bona fratres agitis, semper ad memoriam male acta reuocetis: ut dum cautè culpa cognoscitur, nunquam de bono opere incaute animus lætetur. horam uerò ultimam dominus noster idcirco uoluit esse incognitam, ut semper possit esse suspecta: ut dum illam præuidere non possumus, ad illam sine intermissione præparemur. Isidor. Neque iustus de sua iustitia confidat, neque peccator de Dei misericordia desperet: sed habeat in corde spem pariter et metum. Sic speret misericordiam ut iustitiam metuat. Sic spes indulgentiam erigat, ut metus gehennæ semper affligat. Idem de summo bono lib. 2. cap. 6. Quamuis iustorum conuersatio in hac uita probabilis sit, incertum tamen hominibus esse ad quem sint finem prædestinati: sed omnia reseruari futuro examini. Ibi 13. Quamuis per pœnitentiam propitiatio peccatorum fit: sine metu tamen homo esse non debet, quia pœnitentiæ satisfactio diuino tantum in quemquam pœnitentem pensatur iudicio non humano. Neque enim oportet quandoque pœnitentem de peccatis habere securitatem: Nam securitas negligentiam parit. Negligentia autem sæpe incautum ad uitia transacta reducit. Ibi lib. 3. cap. ultimo. Nullus de Dei iudicio securus esse potest: cum etiam deotiosis uerbis red-

Isidorus.

denda sit ratio. Quamuis enim quisque sit iustus: tamen dum ex corpore isto egreditur, pertimescit, ne dignus supplitio sit.

De Timore. Cap. XVI.

Species timoris sex sunt. Prima dicitur timor naturalis. hoc timore timuit Christus Marc. 14. Cœpit Iesus pauere et tædere. Secunda est timor mundanus, qñ plus debito quis timet corpori suo et sic prohibetur. Math. 10. Nolite timere eos, et c. Tertia est timor mundanus, quãdo quis nimis timet rebus suis sicuti iudæi. Ioan. Ne fortè ueniant Romani, & tollant locum nostrum & gentem. Quarta est timor seruilis, quo quis timens gehennam uel temporalem pœnam continet se à peccato. Quinta est timor initialis, quem perfecta charitas foras mittit. 1. Ioan. 4. Sexta & ultima est timor filialis, qui est cum perfecta charitate. de quo ait Psal. Timor domini sanctus permanet in sæculum sæculi, &c. de quibus copiosè in præsenti cap.

Mathæus. Lucas.



Ominus dicit in Euãgelio Math. 10. & Lucæ 12. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest animam & corpus mittere in gehennam. Apocalyp. *Apocalyp. 14. Timete dominum & date illi honorem: quia ueniet hora iudicij eius & adorate eum, qui* Io. Apostolus *fecit cœlum & terram. 1. Ioan. 4. Timor non est in charitate; sed perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor pœnam habet. Qui ergo timet non est perfectus in charitate.*

1. Petr. 1. In timore incolatus uestri tempore conuersamini. Petrus.
Ibi 2. Deum timete: Regem honorificate. Ibi 3. Consideran tes in timore castam conuersationem uestram. Paul. *ad* Rom. 8. Paulus.
Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis ipsum spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus. Abba pater Ad Ephes. 5. *Gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri* Iesu Christi, *Deo et patri subiecti inuicem in timore* Christi *Ibi 11.* Noli altum sapere, sed time.
Ad Heb. 4. *Timeamus fratres ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex nobis deesse.*
2. *ad* Timoth. 1. *Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris; sed uirtutis, dilectionis & sobrietatis.* 1. *ad* Timoth. 5. *Peccantes coram omnibus argue: ut & cæteri timorem habeant.*
Deuter. *cap.* 31. *Viriliter agite et confortamini.* Nolite timere. Deuterono.
Zachar. 8. *Nolite timere, confortentur manus uestræ dicit dominus exercituum.* Nolite timere. *hæc sunt ergo uerba quæ facietis.* Loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo. Zacharias.
Salo. Prou. 13. *Qui timet præceptum in pace uersabitur. Ibi 14. Sapiens timet & declinat à malo. Stultus autem transilit & confidit. Ibi. 24. Time dominum fili mi, & regem: & cum detractoribus non commiscearis. Ibi. 4. In timore domini fiducia fortitudinis, & filijs eius erit spes.* Timor domini fons *uitæ: ut declinet à ruina mortis.* Ibi 15. *Per misericordiam & fidem purgantur peccata: per timorem autem domini declinat omnis à malo.* Timor domini disciplina sapientiæ & *gloriam præcedit humilitas. Ibi. 23.* Non emuletur cor tuum *peccatores; sed in timore domini esto tota die, & habebis spem in nouissimo. Ibi 29.* Qui timet hominem cito corruet, *qui sperat in domino subleuabitur.* Ecclesiastic. 1. Timenti Salomon.

dominum bene erit in extremis : & in die defunctionis eius benedicetur. Timor domini gloria, lætitia, & corona exultationis. Timor domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium in longitudine dierum. Initium sapientiæ timor domini. Corona sapientiæ timor domini, replens pacem & salutis fructum. Radix sapientiæ est timere dominum, & rami illius longæui. Timor domini expellit peccatum ;nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Non sis contumax & incredulus timoris domini, & ne accesseris ad illum duplici corde. Ibi. 2. Serua timorem domini, & in illo ueterasce. Metuentes dominum sustinete misericordiam eius, & ne deflectatis ab illo, ne cadatis. Qui timetis dominum, credite illi: & non euacuabitur merces uestra. Qui timetis domiuum, sperate in illum : & in oblectationem ueniet uobis misericordia. Qui timetis dominum, diligite illum : & illuminabuntur corda uestra. Qui timent dominum, inquirent quæ beneplacita sunt ei; & qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius. Qui timent dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent dominum, custodiunt mandata eius, & patientiam habebunt usque ad inspectionem illius. Ibi 7. In tota anima tua time dominum. Ibi. 10. Qui timent dominum, erunt in oculis eius. Ibi 15. Qui timet Deum, faciet bona, & qui continens est iustitiæ, apprehendet illam. Ibi 21. Qui timet Deum, conuertetur ad cor suum. Ibi 23. Nihil melius est, quàm timor Dei, & nihil dulcius quàm respicere in mandatis eius. Ibi 25. Timor Dei super

omnia se superposuit. Beatus homo cui donatum est habere timorem Dei. Qui tenet illum cui assimilabitur? Timor Dei initium dilectionis eius; fidei autem initium agglutinandum est ei. Ibi. 33. Timenti Deum non occurrent mala, sed in tentatione Deus conseruabit illum. Ibi. 34. Qui timet dominum, nihil trepidabit, & non paucbit, quoniam ipse est spes eius. Timentis dominum beata est anima eius. Oculi domini super timentes eum. Ibi. 40. Timor domini sicut pa radisus benedictionis; & super omnem gloriam operuerunt illum. August. super Psal. Timor praesens securitatem generat sempiternam. Time ergo Deum, qui super omnes est, & hominem non formidabis. Idem de uerbis domini. Quid timet hominem homo in sinu Dei positus? Tu de illius sinu noli cadere. Quicquid ibi passus fueris, ad salutem ualebit non ad perniciem. In epist. ad Hierony. Qui uera uirtute fortis est, nec temere audet, nec inconsulte timet. Gregor. in Moral. lib. 1. Qui timet Deum, nihil negligit, timere Deum est, nulla quae facienda sunt, bona praeterire. lib. 2. In uia Dei à timore incipitur, ut ad fortitudinem ueniatur. Nam sicut in uia saeculi audacia fortitudinem, ita in uia Dei audacia debilitatem parit. Et sicut in uia saeculi timor debilitatem, ita in uia Dei timor fortitudinem gignit. Nullum genus mortis bono, & recte uiuenti metuendum est. Idem in Pastorali. Ignorat itaque gratiam libertatis, quem ligat seruitus timoris. Praua mens si non prius per timorem auertitur, ab assuetis uitijs non emendatur. Super Iob. 3. Quum ex peccato praesens poena metuitur, & ann exa Dei facies non amatur, timor ex timore

Augustinus.

Gregorius.

timore est, non ex humilitate. Hiero. super Math. Timor Dei corrigit, timor hominum differt actionem, sed uoluntatem non aufert, sed auidiores reddit ad crimen, quos aliquando suspendit à crimine. Idem super Amos lib. 2. Imbecillitas corporis est fortitudo animæ; & rursum fortitudo corporis imbecillitas est animæ. Nulla res nos sic ab omni peccato seruat immunes,

Ambrosius. sicut timor suppliciorum, & amor Dei. Ambr. in epist. ad Simplician. Sapiens non metu frangitur, non potestate mutatur, non attollitur prosperis, non tristibus mergitur, nec ut paruulus fluctuat, ut circunferatur omni uento doctrinæ. sed manet perfectus in Christo fundatus charitate, radicatus fide, & timore domini. Qui timet Deum declinat errare: & ad uirtutis semitam uias suas dirigit. Isidor. Timor enim semper emendat. Timor expellit peccatum, & non reprimit uitium. Timor cautum facit hominem atque sollicitum. Vbi uerò timor non est, ibi desolatio uitæ est. Vbi uerò timor non est, ibi scelerum abundantia est, Si Deum metuere in tranquillitate uolumus eius iudicium uel percussiones attriti timeamus.

Isidorus.

De Tenta-

De Tentatione. Cap. XVII.

EST *tentatio experimenti sumptio de eo quod tentatur, an sciat, uel possit, uel uelit*. Aduerte *tamen quod aliquando tentat* Deus *non ut alicuius sibi incogniti experimentum sumat, sed ut bonum occultum alijs manifestum faciat*. Permittit *nanque* Deus *hominem tentari ut discat quoniam multò per arma fortior effectus est, uel ne magnitudine donorum extollatur, & ut crediti sibi thesauri signum accipiat*. Nec *tamen imbecilles debent appetere se uelle tentari, sed illud omnino desiderare quod saluator noster docuit. Et ne nos inducas in tentationem*. De *istis igitur in præsenti capite*.



Ominus dicit in Euangelio Math. 26. & Marc. 14. Orate & uigilate ne intretis in tentationem. Lucæ 8. Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones: et super omnem uirtutem inimici: & nihil uobis nocebit. Verum tamen in hoc nolite gaudere: quia spiritus uobis subijciuntur. Gaudete autem quòd nomina uestra scripta sunt in cœlis. Matheus. Marcus. Lucas.

1. Petr. *Oportet contristari uarijs tentationibus, ut probatio uestræ fidei multo prætiosior sit auro, quod per ignem probatur*. Ibi 8. *Fratres sobrij estote, & uigilate: quia aduersarius uester diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret: cui resistite fortes in fide*. 2. Ibi. 2. *Nouit Deus pios de tentatione eripere: iniquos uerò in diem iudicij reseruare cruciandos*. Iacob. 1. *Omne gaudium existimate fratres mei cum in tentationes uarias incideritis: scientes quòd probatio fidei uestræ patientiam operatur*. Beatus *uir qui suffert ten-* Petrus.

tatione eripere: iniquos uerò in diem iudicij reſeruare crucian-

Iacobus. dos. Iacob. 1. Omne gaudium exiſtimate fratres mei cum in tentationes uarias incideritis: ſcientes quòd probatio fidei ueſtræ patientiam operatur. Beatus uir qui ſuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ. Ibi 4. Reſiſtite diabolo, & fugiet à uobis. Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis. 1. Paul. ad Corin. 10. Qui ſe exiſtimat

Paulus. ſtare, uideat ne cadat. Tentatio uos non apprehendat, niſi humana. 2. Ibi 10. Arma militiæ ueſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo. Ibi 13. Vos met ipſos tentate, ſi eſtis in fide ipſi uos probate. Ad Hebr. In eo enim in quo paſſus eſt ipſe & tentatus, potens eſt, & eis qui tentantur auxiliari. Idem 1. ad Corith. 10. Fidelis autem Deus eſt, qui non patietur uos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut poſſitis ſuſtinere. Salo. Eccleſiaſtic. 2. Fili accedens

Salom. ad ſeruitutem Dei, & ſta in iuſtitia & in timore: & præpara animam tuam ad tentationem. Ibi 27. Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis. Ibi 33. Timenti Deum non occurrent mala, ſed in tentatione Deus conſeruabit illum, et liberabit à malis. Ibi 37. Fili in uita tua tenta animam tuam, et ſi fuerit nequam, non des illi poteſtatem. Aug.

Auguſt. ſuper pſal. 60. Vita noſtra in hac peregrinatione non poteſt eſſe ſine peccato: ſine tentatione, quia profectus noſter per tentationem noſtram fit. Nec ſibi quiſquam innoteſcit, niſi tentatus: nec pôt coronari niſi uicerit, nec poteſt uincere, niſi certauerit: nec poteſt certare, niſi inimicum et tentationes habuerit. ſuper Pſal. 41. Tantum admittitur diabolus tentare, quantum tibi prodeſt, ut excercearis, ut proberis, ut qui te neſciebas à te

Hieronymus ipſo inueniaris. Hiero. in. epiſt. Dum paruus eſt hoſtis, in-

terfice ut nequitia elidatur in semine. Nihil constantius eo qui uincit diabolum, nihil intolerabilius eo, qui a carne superatur: Si astra cœli non sunt munda in conspectu Dei, quanto magis nos homines, quorum uita tentatio est. Diaboli sagittæ ieiuniorum atque uigiliarum frigore restringendæ sunt. Grandis ergo uirtus est, & solicitæ diligentiæ superare quod natus sis in carne, & non carnaliter uiuere. Hostis callidus tarda ad mortem supplicia conquirens animas cupit iugulare, non corpora. Ambr. in lib. de Noe. Nulla mens est, nulla anima, quæ non recipiat etiam malorum motus agrestes cogitationum. In quadam epistola. Tentamenta tua si ad te respicias, grandia sūt: si ad bellatorem fortissimum, ludus & umbra certaminis. Deus ipse omnium rector ac dominus, cum omni angelorum militia certamen tuum expectat, tibiq; contra diabolum dimicanti parat æternitatis coronam. Greg. hom. 2. Plerunque, qui plus in contemplatione rapitur, contingit ut amplius in tentatione fatigetur. Hostis enim noster quanto magis nos sibi rebellare conspicit, tanto amplius expugnare contendit. eos enim pulsare negligit, quos quieto iure se possidere sentit. In past. Humanum est in corde tentationem perpeti, dæmoniacum uero est in tentationis certamine, & in operatione superari. Idem in Moral. Antiquus hostis ex proprio certamine dum se succumbere considerat, ad alia tentationum bella restaurat. Intuetur humani generis uniuscuiusque mores, cui uitio sint propinqui, & illa opponit ante faciem ad quæ facilius nouit inclinare mentem. Hæc agit diuina misericordia ut ex una eademq; re, ex qua carnalibus dat flagellum, ex ea spiritualibus uirtutis præstet incrementum. Quasi ergo lupus gregem dissipat, cum fidelem populum diabo-

Ambrosius.

Gregorius.

lus per tentationem necat. Quamuis occasio persecutionis deest, habet tamen & pax nostra martyrium suum: quia & si carnis colla ferro non subdimus: spirituali tamen gladio carnalia desideria in uentre elucidamus. Origenes. Qui bene exit de tentatione, & quem tentatio probabilem reddidit, iste uenit ad suauitatem iudicij. Si ergo uideris aliquando persecutorem tuum nimium seuientem: scito quia ab austero suo demone perurgetur. Omnis homo qui alium in corpore persequitur, prius ipse in corde persecutionem sustinere cognoscitur. Nam si etiam ille, quem pœnitentia sequitur, aliquid de substantia tulerit, maius sibi ipsi dispendium sequi facit: quia nemo habet iniustum lucrum sine iusto damno. Isidorus de Summo bono lib.3. cap. 5. Quamuis dibolus tentationem iustis semper inferre cupiat, tamen si à Deo potestatem non accepit, nullatenus adipisci potest quod appetit. Non alibi diabolus fomenta concupiscentiæ accendit, nisi ubi prius prauæ cogitationis delectationem aspexerit: qui si à nobis spernitur, sine dubio ille confusus abscedit. Tanquam inermis diabolus uincitur, quando de aperta iniquitate hominem deprauare conatur. Armatus uerò tunc incedit, dū per speciem sanctitatis et uirtutis ea quæ sancta sunt, destruit, quando & qui decipitur sua detrimenta non sentit: sed tanquam uirtutes quæ uitia sunt, sectatur & diligit. In oculis carnalium diabolus terribilis est, & in electorum oculis terror eius est uilis. Tunc enim bene de se iudicant sancti, quando ab eis Deus, demonum tentamenta fallacia facit intelligi. Diabolus est serpens lubricus: cuius si capiti, idest primæ suggestioni non resistitur; totus in interna cordis dum non sentitur illabitur. Tunc contra eum quem possidet diabolus acrius seuit, quando se uirtute diuina ab eo expellendum co-

gnoscit. Diabolus quando decipere quærit, prius naturam uniuscuiusque attendit, & inde se applicat, unde aptum hominem ad peccatum aspexit. Nunquam enim diabolus aduersus hominem iustum pugnare cessat. Aut enim tribulationes cordis illi exaggerat; aut dolores corporis suscitat. Sæpe mentem iusti uarijs uexationum doloribus uis demonum cruciat: unde & interdum usque ad desperationis angustiam coarctatur. Permanenti autem in Dei amore animæ, & ipsa talis angustia ad meritum proficit. Quælibet enim aduersa iustus patiatur, ex Dei utique permissu patitur. Quod si hoc ipsum ad Dei gloriam humilis referat, iste qui sic loquitur non separatur à Deo, sed coniungitur, qualibet atroci angustia torqueatur. Multa iustus aduersa in anima patitur instigatione demonum: sed in talibus tentamentis perire à uita æterna non potest, quia pius dominus ad damnationem culpæ non reputat, quod de suæ maiestatis permissu, nolens qui patitur portat. Nam ibi peccamus ubi cupiditate uel uoluntate deflectimur. Facile uincimus hostem quem uidemus: quem autem non uidemus difficile à nobis expellimus. Tentatio arguit nos, non interficit. Eum autem diabolus iam deglutisse dicitur, quem iam perfecto scelere deuorare uidetur. Cyprian. Quanto maior fuerit persecutionis iniuria, tanto iustior fiet & grauior pro persecutione uindicta. In uita Patr. Sicut enim aurum & argentum probat ignis: sic cor monaci tentatio. Vbi crux Christi super induitur, non præualebit malitia diaboli. Euseb. Nihil terribile est, ubi dilectio est. Pro nihilo dolor est, ubi fides Christi est. Maior est qui nos eripiet, quàm qui tentat. Cyprian. in vita Patr. Euseb us.

Tribulatio à tribulo deriuatur. Est autem tribulus herba spinosa & pungitiua, unde tribulationes & plagæ. & si plerunque per aereas potestates fiant, tamen sine arbitrio omnipotentis Dei omnino non sunt. Itaque cum sint à summo bono, amandæ & amplectendæ sunt. & cùm fuerint in Christo capite, & sint uia ad regnum cœlorum, tanquam res magnæ & pretiosæ habendæ sunt. de quibus in præsenti capite.



Apocalyp. Dicit Dominus in Apocal. 3. *Ego quos amo, arguo & castigo.* Act. Apost. 14. *Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum* Dei. 2. Paul. ad Corint. 4. *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur. Aporiamur, sed non destituimur. Persecutionem patimur, sed non derelinquimur. Humiliamur, sed non confundimur. Deijcimur, sed non perimus. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circunferentes, ut & uita Iesu in corporibus nostris manifestetur.* 1. ad Thessalon. 3. *Nemo moueatur in tribulationibus. Ipsi enim scitis quòd in hoc positi sumus.* Ad Rom. 5. *Non solum in spe gloriæ filiorum Dei, sed etiam in tribulationibus gloriamur. scientes quòd tribulatio patientiam operatur.* ad Ephes. *Peto fratres ne deficiatis in tribulationibus pro uobis, quæ est spes uestra.* Iudit. 8. *Qui Deo placuerunt, per multas tribulationes transierunt fideles. Ille autem qui tentationes suas non susceperunt cum timore domini, & in patientiam suam, exterminati sunt ab exterminatore, & à serpen-*

Marginal notes: Apocalyp. — Act. Apost. — Paulus. — Iudith.

tibus perierunt. Et nos ergo non ulciscamur nos pro his quæ patimur, sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse flagella domini, quasi serui qui corripimur ad emendationem, & non ad perditionem nostram euenisse credamus. Tobiæ 3. *Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorum: qui cum iratus fueris misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te. hoc autem pro certo habet omnis qui colit te, quod uita eius si in probatione fuit coronabitur, si autem in tribulatione fuerit, liberabitur, & si in corruptione fuerit, ad misericordiam uenire licebit. Non enim delectaris in perditionibus nostris, quia post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymationem & fletum exultationem infundis.* Salo. Ecclesiast. 2. *Pius & misericors est Deus, & remittit in die tribulationis peccata; & protector est omnibus exquirentibus eum in ueritate.* ibi. 35. *Speciosa misericordia Dei in tempore tribulationis, quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis.* August. in serm. quodam. *Nullus seruus Christi sine tribulatione est. Si putas te non habere persecutiones, nondum cœpisti esse christianus.* Super psal. *Si promissa patris bene agnouisti, non timeas flagellari, sed exhæredari.* Idem super Ioan. *Quod te dominus permisit pati, flagellum corrigentis est, non pœna damnantis. Ad hæreditatem sempiternam erudimur, & flagellari dedignamur.* In epist. *Non facilè inueniuntur in aduersitate præsidia, quæ non fuerunt in pace quæsita. Qui in hoc sæculo flagellari non meretur, in alio in æternum torquebitur. Cum enim à domino flagellamur & patienter accipimus, et humiliter gratias agimus, si mali fuerimus, peccatorum indulgentiam accipiemus: Si autem boni et beatitudinem consequemur.* Hiero. in epist. ad Heliodo.

Tobias. Salomon. August.

Hieronym. *Quis non tribulari uelit? quis se non maledici desideret, ut mereatur Christi uoce laudari, & cœlesti copiosaq; mercede munerari? Vtinam contra domini mei nomen atque iustitiam cuncta infidelium turba me persequatur, & tribulet.* In epist. ad Cyprian. *Quantò in hoc sæculo persecutionibus, paupertate, inimicorum potentia, uel morborum crudelitate fuerimus afflicti, tantò post resurrectionem in futuro maiora præmia consequemur. Qui semel recipit mala in uita sua, non eosdem cruciatus patitur in morte, quos est passus in uita. Multò melius est stomachum dolere quàm mentem. Magna est ira, si peccantibus non irascitur Deus. Medicus enim si cessauerit curare, desperat.* Ambros. in lib. de morte Satyri. *Quid in*

Ambrosius. *hac uita non experimur aduersa? Quid non procellas, tempestatesq; perpetimur? Quid non exagitamur incommodis, cuius parcitur meritis?* Idem de Isaac. *Multi sunt qui otio quærunt Christum, & non inueniunt, & sunt qui quærunt eum in persecutionibus & cito inueniunt. & ipse in periculis fidelium suorum adest.* Greg. lib. 2. Moral. *Afflicti terrena*

Gregorius. *perdimus, sed afflictionem humiliter sustinentes, cœlestia multiplicamus.* lib. 26. *Aurem cordis tribulatio aperit, quam sæpe prosperitas huis mundi claudit. Sanctorum mentes æternitatis præmia præstolantes, uires ex aduersitatibus sumunt: quia crescente pugna gloriosiorem sibi non ambigunt manere uictoriam. Electorum desideria dum premuntur aduersitate, proficiunt. Sicut ignis flatu premitur, ut crescat; & unde quasi extingui cernitur, inde roboratur. Tantò quisque aduersitate minus uincitur, quantò contra illam præsciendo paratus inuenitur. Si iniquus quisque in hac uita permittitur prosperari, necesse est, ut electus Dei debeat sub flagelli frœno retineri.*

retineri. Nemo quantum profecerit, nisi inter aduersa cognoscit: quia unusquisque superni doni gratiam in tranquillitate quietis percipit, sed quantum perceperit, in aduersitate perturbationis ostendit. Tantò maior fiducia mentem roborat, quanto hanc fortior pro ueritate angustat afflictio. Isidor. Soliloq. lib. 1. cap. 4. Semper Deus hos hic uulnerat, quos ad salutem perpetuam præparat. Idem de summo bono lib. 3. cap. 1. Ordinata est miseratio Dei, quæ prius hic hominem per flagella emendat à peccato, & postea ab æterno suplitio liberat. Electus Dei de doloribus huius uitæ atteritur, ut perfectionem uitæ futuræ lucretur. Iustè temporalia flagella ad æterna proficiunt gaudia, ideoq; & iustus in pœnis gaudere debet, & impius in prosperitatibus timere. Neque iusto neque reprobo Deus misericordiam atque iustitiam subtrahit. Nam & bonos hic per afflictionem iudicat, & illic remunerat per miserationem, & malos hic tolerat per temporalem clementiam, et illic punit per æternam iustitiam. In hac enim uita Deus parcit impijs, & tamen non parcit electis: in illa parcit electis, non tamen parcit impijs. Quantò quisque aut in corpore aut in mente flagella sustinet, tantò se in fine remunerari speret. dum multa damnabilia reprobi commisisse uidentur. despecti à Deo nullo emendationis uerbere feriuntur. Ibi cap. 2. Gemina est percussio Dei, una in bonam partem, qua percutimur in carne ut emendemur. Altera qua uulneramur in conscientia ex charitate, ut Deum ardentium diligamus. Ideo Deus iustum flagellat, ne de iustitia superbiens cadat. flagellum nanque tunc delet culpam, cum mutauerit uitam. Omnis diuina percussio, aut purgatio uitæ præsentis est: aut initium pœnæ sequentis. Nam quibusdam flagella ab hac uita inchoant, & in æterna per-

Isidorus.

cussione perdurant. Quamuis enim si una culpabis non percutitur, una tamen percussio intelligitur. quæ hic cœpta, illic perficitur, ut in his, qui omnino non corriguntur, præcedentium percussio flagellorum, sequentium sit initium tormentorum. Quibusdam secreto Dei iudicio hic male est, illic bene, scilicet ut dum hic castigati corriguntur ab æterna damnatione liberentur. Quibusdam uerò hic bene est, illic male. Porrò quibusdam & hic male, & illic male est, quia corrigi nolentes, & flagellari in hac uita incipiunt, & in æterna percussione damnantur. Ibi 4. Murmurare in flagellis Dei, peccator homo non debet, quia maxime per hoc quòd corripitur, emendatur. Vnusquisque autem tunc leuius portat quod patitur, si sua discusserit

ibi. 62. mala pro quibus illi infertur retributio iusta. Tunc magis sunt Dei oculi super iustos quando eos affligi ab iniquis prouidentia diuina permittitur. Tunc iustis gaudia supponuntur æterna quando præsenti tribulatione probantur. Quantum enim in hoc sæculo frangimur, tantum in perpetuo solidamur, & quantum in præsenti affligimur, tantum in futuro gaudebimus. Si hic atterimur flagellis, purgati in iudicio inueniemur. Semper Deus hic uulnerat quos ad salutem perpetuã præparat. Cypri.

Cyprian. Desinet unusquisque de Deo uel de malis conqueri, si quod patitur intelligat se mereri. Infirmitatem animæ infirmitate corporis uincamus. Scientes hanc iræ Dei esse censuram, ut qui beneficijs non agnoscitur, plagis intelligatur.

De Patientia. Cap. XIX.

EST autem patientia uirtus contumeliarum, & omnis aduersitatis impetus æquanimiter portans, uel patientia est honestatis & utilitatis causa rerum arduarum & difficilium uoluntaria ac diuturna perpessio. Vnde patientiæ fructus est suas suorumq; iniurias ac cætera mala æquanimiter ferre. Ea autem fusius accepta est circa omne difficile et circa omnẽ tentationem, strictè uerò est circa passiones extrinsecus illatas. Actus uerò patientiæ est recipere passionem. Itaq; animus nec succumbit, neq; uindictam inferentis appetit, de qua in præsenti capitulo multæ citantur auctoritates.



Ominus dicit in Euangelio Math. 5. Beati pacifici, quoniam filij Dei uocabuntur. Lucæ 21. In patientia uestra possidebitis animas uestras, Petr. 1. cap. 2. Hæc est gratia si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens iniuste. Quæ enim est gloria si peccantes & collaphizati suffertis? sed si benefacientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum. Iacob. 1. Probatio fidei nostræ patientiam operatur: patientia autem opus perfectum habeat, ut simus perfecti et integri in nullo deficientes. Ibi. 5. Ecce agricola expectat prætiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum & serotinum: sic & uos patientes estote, & confirmate corda uestra, quoniam aduentus domini appropinquabit. Paul. ad Rom. 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio uero spem. Spes aũt non confundit, quia charitas diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Mathæus. Lucas. Petrus. Iacobus. Paulus.

timore est, non ex humilitate. Hiero. *super Math. Timor Dei corrigit, timor hominum differt actionem, sed uoluntatem non aufert, sed auidiores reddit ad crimen, quos aliquando suspendit à crimine*. Idem *super* Amos *lib. 2. Imbecillitas corporis est fortitudo animæ; & rursum fortitudo corporis imbecillitas est animæ*. Nulla *res nos sic ab omni peccato seruat immunes,*

Ambrosius. *sicut timor suppliciorum, & amor* Dei. Ambr. *in epist. ad Simplician. Sapiens non metu frangitur, non potestate mutatur, non attollitur prosperis, non tristibus mergitur, nec ut paruulus fluctuat, ut circunferatur omni uento doctrinæ. sed manet perfectus in Christo fundatus charitate, radicatus fide, & timore domini*. Qui *timet* Deum *declinat errare: & ad uirtutis semitam uias suas dirigit*.

Isidorus. *Isidor.* Timor *enim semper emendat*. Timor *expellit peccatum, & non reprimit uitium*. Timor *cautum facit hominem atque sollicitum*. Vbi *uerò timor non est, ibi desolatio uitæ est*. Vbi *uerò timor non est, ibi scelerum abundantia est*, Si *Deum metuere in tranquillitate uolumus eius iudicium uel percussiones attriti timeamus*.

De Tenta=

De Tentatione. Cap. XVII.

EST tentatio experimenti sumptio de eo quod tentatur, an sciat, uel possit, uel uelit. Aduerte tamen quod aliquando tentat Deus non ut alicuius sibi incogniti experimentum sumat, sed ut bonum occultum alijs manifestum faciat. Permittit nanque Deus hominem tentari ut discat quoniam multò per arma fortior effectus est, uel ne magnitudine donorum extollatur, & ut crediti sibi thesauri signum accipiat. Nec tamen imbecilles debent appetere se uelle tentari, sed illud omnino desiderare quod saluator noster docuit. Et ne nos inducas in tentationem. De istis igitur in præsenti capite.



Dominus dicit in Euangelio Math. 26. & Marc. 14. Orate & uigilate ne intretis in tentationem. Lucæ 8. Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones: et super omnem uirtutem inimici: & nihil uobis nocebit. Verum tamen in hoc nolite gaudere: quia spiritus uobis subyciuntur. Gaudete autem quòd nomina uestra scripta sunt in cœlis. 1. Petr. Oportet contristari uarys tentationibus, ut probatio uestræ fidei multo prætiosior sit auro, quod per ignem probatur. Ibi 8. Fratres sobrij estote, & uigilate: quia aduersarius uester diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret: cui resistite fortes in fide. 2. Ibi 2. Nouit Deus pios de tentatione eripere: iniquos uerò in diem iudicij reseruare cruciandos. Iacob. 1. Omne gaudium existimate fratres mei cum in tentationes uarias incideritis: scientes quòd probatio fidei uestræ patientiam operatur. Beatus uir qui suffert ten-

Matheus. Marcus. Lucas. Petrus.

tatione eripere: iniquos uerò in diem iudicij reseruare crucian dos. Iacob.1. Omne gaudium existimate fratres mei cum in tentationes uarias incideritis: scientes quòd probatio fidei uestræ patientiam operatur. Beatus uir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ. Ibi 4. Resistite diabolo, & fugiet a uobis. Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis. 1. Paul. ad Corin. 10. Qui se existimat stare, uideat ne cadat. Tentatio uos non apprehendat, nisi humana. 2. Ibi 10. Arma militiæ uestræ non carnalia sunt, sed potentia Deo. Ibi 13. Vos met ipsos tentate, si estis in fide ipsi uos probate. Ad Hebr. In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potens est, & eis qui tentantur auxiliari. Idem 1. ad Corith. 10. Fidelis autem Deus est, qui non patietur uos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere. Salo. Ecclesiastic. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei, & sta in iustitia & in timore: & præpara animam tuam ad tentationem. Ibi 27. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Ibi 33. Timenti Deum non occurrent mala, sed in tentatione Deus conseruabit illum, et liberabit à malis. Ibi 37. Fili in uita tua tenta animam tuam, et si fuerit nequam, non des illi potestatem. Aug. super psal. 60. Vita nostra in hac peregrinatione non potest esse sine peccato: sine tentatione, quia profectus noster per ten tationem nostram fit. Nec sibi quisquam innotescit, nisi tentatus: nec pôt coronari nisi uicerit, nec potest uincere, nisi certauerit: nec potest certare, nisi inimicum et tentationes habuerit. super Psal. 41. Tantum admittitur diabolus tentare, quantum tibi prodest, ut exercearis, ut proberis, ut qui te nesciebas à te ipso inueniaris. Hiero. in. epist. Dum paruus est hostis, in-

Iacobus. Paulus. Salom. August. Hieronymus

terfice ut nequitia elidatur in ſemine. Nihil conſtantius eo qui uincit diabolum, nihil intolerabilius eo, qui à carne ſuperatur: Si aſtra cœli non ſunt munda in conſpectu Dei*, quantò magis nos homines, quorum uita tentatio eſt. Diaboli ſagittæ ieiunio-rum atque uigiliarum frigore reſtringendæ ſunt. Grandis ergò uirtus eſt, & ſolicitæ diligentiæ ſuperare quod natus ſis in carne, & non carnaliter uiuere. Hoſtis callidus tarda ad mortem ſupplicia conquirens animas cupit iugulare, non corpora.* Ambr. in lib. de Noe. *Nulla mens eſt, nulla anima, quæ non recipiat etiam malorum motus agreſtes cogitationum. In quadam epiſtola. Tentamenta tua ſi ad te reſpicias, grandia sũt: ſi ad bellatorem fortiſſimum, ludus & umbra certaminis.* Deus *ipſe omnium rector ac dominus, cum omni angelorum militia certamen tuum expectat, tibiq́; contra diabolum dimicanti parat æternitatis coronam.* Greg. hom. 2. *Plerunque, qui plus in contemplatione rapitur, contingit ut amplius in tentatione fatigetur. Hoſtis enim noſter quantò magis nos ſibi rebellare conſpicit, tanto amplius expugnare contendit. eos enim pulſare negligit, quos quieto iure ſe poſſidere ſentit. In paſt. Humanum eſt in corde tentationem perpeti, dæmonia-cum uerò eſt in tentationis certamine, & in operatione ſupe-rari. Idem in Moral. Antiquus hoſtis ex proprio certamine dum ſe ſuccumbere conſiderat, ad alia tentationum bella reſtaurat. Intuetur humani generis uniuſcuiuſque mores, cui uitio ſint propinqui, & illa opponit ante faciem ad quæ facilius nouit inclinare mentem. Hæc agit diuina miſericordia ut ex una eademq́; re, ex qua carnalibus dat flagellum, ex ea ſpiritualibus uirtutis præſtet incrementum. Quaſi ergo lupus gregem diſſipat, cum fidelem populum diabo-*

Ambroſius.

Gregorius.

gnoscit. Diabolus quando decipere quærit, prius naturam uniuscuiusque attendit, & inde se applicat, unde aptum hominem ad peccatum aspexit. Nunquam enim diabolus aduersus hominem iustum pugnare cessat. Aut enim tribulationes cordis illi exaggerat; aut dolores corporis suscitat. Sæpe mentem iusti uarijs uexationum doloribus uis demonum cruciat: unde & interdum usque ad desperationis angustiam coarctatur. Permanenti autem in Dei amore animæ, & ipsa talis angustia ad meritum proficit. Quælibet enim aduersa iustus patiatur, ex Dei utique permissu patitur. Quod si hoc ipsum ad Dei gloriam humilis referat, iste qui sic loquitur non separatur à Deo, sed coniungitur, qualibet atroti angustia torqueatur. Multa iustus aduersa in anima patitur instigatione demonum: sed in talibus tentamentis perire à uita æterna non potest, quia pius dominus ad damnationem culpæ non reputat, quod de suæ maiestatis permissu, nolens qui patitur portat. Nam ibi peccamus ubi cupiditate uel uoluntate deflectimur. Facile uincimus hostem quem uidemus: quem autem non uidemus difficile à nobis expellimus. Tentatio arguit nos, non interficit: Eum autem diabolus iam deglutisse dicitur: quem iam perfecto scelere deuorare uidetur. Cyprian. Quanto maior fuerit persecutionis iniuria, tanto iustior fiet & grauior pro persecutione uindicta. In uita Patr. Sicut enim aurum & argentum probat ignis: sic cor monaci tentatio. Vbi crux Christi super induitur, non præualebit malitia diaboli. Euseb. Nihil terribile est, ubi dilectio est. Pro nihilo dolor est, ubi fides Christi est. Maior est qui nos eripiet, quàm qui tentat.

Cyprian.

in vita Patr.

Euseb us.

TRibulatio à tribulo deriuatur. Est autem tribulus herba spinosa & pungitiua, unde tribulationes & plagæ. & si plerunque per aereas potestates fiant, tamen sine arbitrio omnipotentis Dei omnino non sunt. Itaque cum sint à summo bono, amandæ & amplectendæ sunt. & cùm fuerint in Christo capite, & sint uia ad regnum cœlorum, tanquam res magnæ & pretiosæ habendæ sunt, de quibus in præsenti capite.



Apocalyp. Act. Apost. Paulus.

DIcit Dominus in Apocal. 3. *Ego quos amo, arguo & castigo.* Act. Apost. 14. *Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum* Dei. 2. Paul. ad Corint. 4. *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur. Aporiamur, sed non destituimur. Persecutionem patimur, sed non derelinquimur. Humiliamur, sed non confundimur. Deijcimur, sed non perimus. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circunferentes, ut & uita Iesu in corporibus nostris manifestetur.* 1. ad Thessalon. 3. *Nemo moueatur in tribulationibus. Ipsi enim scitis quòd in hoc positi sumus.* Ad Rom. 5. *Non solum in spe gloriæ filiorum* Dei, *sed etiam in tribulationibus gloriamur. scientes quòd tribulatio patientiam operatur.* ad Ephes. *Peto fratres ne deficiatis in tribulationibus pro uobis, quæ est spes uestra.* Iudit. 8. *Qui* Deo *placuerunt, per multas tribulationes transierunt fideles. Ille autem qui tentationes suas non susceperunt cum timore domini, & in patientiam suam, exterminati sunt ab exterminatore, & à serpen-*

Iudith.

tibus perierunt. Et *nos ergo non ulciscamur nos pro his quæ patimur, sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse flagella domini, quasi serui qui corripimur ad emendationem, & non ad perditionem nostram euenisse credamus.* Tobiæ 3. *Benedictum est nomen tuum* Deus *patrum nostrorum: qui cum iratus fueris misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te. hoc autem pro certo habet omnis qui colit te, quod uita eius si in probatione fuit coronabitur, si autem in tribulatione fuerit, liberabitur, & si in corruptione fuerit, ad misericordiam uenire licebit.* Non *enim delectaris in perditionibus nostris, quia post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymationem & fletum exultationem infundis*. *Salo. Ecclesiast.* 2. *Pius & misericors est* Deus, *& remittit in die tribulationis peccata; & protector est omnibus exquirentibus eum in ueritate*. *Ibi.* 35. *Speciosa misericordia* Dei *in tempore tribulationis, quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis*. August. *in serm. quodam*. Nullus *seruus* Christi *sine tribulatione est*. *Si putas te non habere persecutiones, nondum cœpisti esse christianus*. *Super psal. Si promissa patris bene agnouisti, non timeas flagellari, sed exhæredari*. *Idem super* Ioan. Quod *te dominus permisit pati, flagellum corrigentis est, non pœna damnantis*. Ad *hæreditatem sempiternam erudimur, & flagellari dedignamur*. *In epist.* Non *facile inueniuntur in aduersitate præsidia, quæ non fuerunt in pace quæsita*. Qui *in hoc sæculo flagellari non merebitur, in alio in æternum torquebitur*. *Cum enim à domino flagellamur & patienter accipimus, et humiliter gratias agimus, si mali fuerimus, peccatorum indulgentiam accipiemur*. *Si autem boni et beatitudinem consequemur*. Hiero. *in epist. ad* Heliodo.

Tobias.

Salomon.

August.

Hieronym. Quis non tribulari uelit? quis se non maledici desideret, ut mereatur Christi uoce laudari, & cœlesti copiosáq; mercede munerari? Vtinam contra domini mei nomen atque iustitiam cuncta infidelium turba me persequatur, & tribulet. In epist. ad Cyprian. Quantò in hoc sæculo persecutionibus, paupertate, inimicorum potentia, uel morborum crudelitate fuerimus afflicti, tantò post resurrectionem in futuro maiora præmia consequemur. Qui semel recipit mala in uita sua, non eosdem cruciatus patitur in morte, quos est passus in uita. Multò melius est stomachum dolere quàm mentem. Magna est ira, si peccantibus non irascitur Deus. Medicus enim si cessauerit

Ambrosius. curare, desperat. Ambros. in lib. de morte Satyri. Quid in hac uita non experimur aduersa? Quid non procellas, tempestatesq; perpetimur? Quid non exagitamur incommodis cuius parcitur meritis? Idem de Isaac. Multi sunt qui otio quærunt Christum, & non inueniunt, & sunt qui quærunt eum in persecutionibus & cito inueniunt. & ipse in periculis fide

Gregorius. lium suorum adest. Greg. lib. 2. Moral. Afflicti terrena perdimus, sed afflictionem humiliter sustinentes, cœlestia multiplicamus. lib. 26. Aurem cordis tribulatio aperit, quam sæpe prosperitas huius mundi claudit. Sanctorum mentes æternitatis præmia præstolantes, uires ex aduersitatibus sumunt: quia crescente pugna gloriosiorem sibi non ambigunt manere uictoriam. Electorum desideria dum premuntur aduersitate, proficiunt. Sicut ignis flatu premitur ut crescat, & unde quasi extingui cernitur, inde roboratur. Tantò quisque aduersitate minus uincitur, quantò contra illam præsciendo paratus inuenitur. Si iniquus quisque in hac uita permititur prosperari, necesse est, ut electus Dei debeat sub flagelli fræno

retineri.

retineri. Nemo quantum profecerit, nisi inter aduersa cognoscit: quia unusquisque superni doni gratiam in tranquillitate quietis percipit, sed quantum perceperit, in aduersitate perturbationis ostendit. Tantò maior fiducia mentem roborat, quantò hanc fortior pro ueritate angustat afflictio. Isidor. Soliloq. lib. 1. cap. 4. Semper Deus hos hic uulnerat, quos ad salutem perpetuam præparat. Idem de summo bono lib. 3. cap. 1. Ordinata est miseratio Dei, quæ prius hic hominem per flagella emendat à peccato, & postea ab æterno suplitio liberat. Electus Dei de doloribus huius uitæ atteritur, ut perfectionem uitæ futuræ lucretur. Iustè temporalia flagella ad æterna proficiunt gaudia, ideoq; & iustus in pœnis gaudere debet, & impius in prosperitatibus timere. Neque iusto neque reprobo Deus misericordiam atque iustitiam subtrahit. Nam & bonos hic per afflictionem iudicat, & illic remunerat per miserationem, & malos hic tolerat per temporalem clementiam, et illic punit per æternam iustitiam. In hac enim uita Deus parcit impijs, & tamen non parcit electis: in illa parcit electis, non tamen parcit impijs. Quantò quisque aut in corpore aut in mente flagella sustinet, tantò se in fine remunerari speret. dum multa damnabilia reprobi commisisse uidentur. despecti à Deo nullo emendationis uerbere feriuntur. Ibi cap. 2. Gemina est percussio Dei, una in bonam partem, qua percutimur in carne ut emendemur. Altera qua uulneramur in conscientia ex charitate, ut Deum ardentium diligamus. Ideo Deus iustum flagellat, ne de iustitia superbiens cadat. flagellum nanque tunc delet culpam, cum mutauerit uitam. Omnis diuina percussio, aut purgatio uitæ præsentis est: aut initium pœnæ sequentis. Nam quibusdam flagella ab hac uita inchoant, & in æterna per-

Isidorus.

cussione perdurant. Quamuis enim si una culpabis non percutitur, una tamen percussio intelligitur. quae hic coepta, illic perficitur, ut in his, qui omnino non corriguntur, praecedentium percussio flagellorum, sequentium sit initium tormentorum. Quibusdam secreto Dei iudicio hic male est, illic bene, scilicet ut dum hic castigati corriguntur ab aeterna damnatione liberentur. Quibusdam uerò hic bene est, illic male. Porrò quibusdam & hic male, & illic male est, quia corrigi nolentes, & flagellari in hac uita incipiunt, & in aeterna percussione damnantur. Ibi 4. Murmurare in flagellis Dei, peccator homo non debet, quia maxime per hoc quòd corripitur, emendatur. Vnusquisque autem tunc leuius portat quod patitur, si sua discusserit

ibi.62. mala pro quibus illi infertur retributio iusta. Tunc magis sunt Dei oculi super iustos quando eos affligi ab iniquis prouidentia diuina permittitur. Tunc iustis gaudia supponuntur aeterna quando praesenti tribulatione probantur. Quantum enim in hoc saeculo frangimur, tantum in perpetuo solidamur, & quantum in praesenti affligimur, tantum in futuro gaudebimus. Si hic atterimur flagellis, purgati in iudicio inueniemur. Semper Deus hic uulnerat quos ad salutem perpetuã praeparat. Cypri.

Cyprian. Desinet unusquisque de Deo uel de malis conqueri, si quod patitur intelligat se mereri. Infirmitatem animae infirmitate corporis uincamus. Scientes hanc irae Dei esse censuram, ut qui beneficijs non agnoscitur, plagis intelligatur.

De Patientia. Cap. XIX.

EST *autem patientia uirtus contumeliarum, & omnis aduersitatis impetus aequanimiter portans, uel patientia est honestatis & utilitatis causa rerum arduarum & difficilium uoluntaria ac diuturna perpessio. Vnde patientiae fructus est suas suorumq; iniurias ac caetera mala aequanimiter ferre. Ea autem fusius accepta est circa omne difficile et circa omnẽ tentationem, strictè uerò est circa passiones extrinsecus illatas. Actus uerò patientiae est recipere passionem. Itaq; animus nec succumbit, neq; uindictam inferentis appetit, de qua in praesenti capitulo multae citantur auctoritates.*



Ominus *dicit in* Euaugelio *Math.* 5. *Beati pacifici, quoniam filij* Dei *uocabuntur.* Lucae 21. *In patientia uestra possidebitis animas uestras,* Petr. 1. *cap.* 2. *Haec est gratia si propter* Dei *conscientiam substinet quis tristitias patiens iniuste. Quae enim est gloria si peccantes & collaphizati suffertis? sed si benefacientes patienter sustinetis, haec est gratia apud* Deum. Iacob. 1. *Probatio fidei nostrae patientiam operatur: patientia autem opus perfectum habeat, ut simus perfecti et integri in nullo deficientes.* Ibi. 5. *Ecce agricola expectat pretiosum fructum terrae, patienter ferens donec accipiat temporaneum & serotinum: sic & uos patientes estote, & confirmate corda uestra, quoniam aduentus domini appropinquabit.* Paul. ad Rom. 5. *Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio uero spem. Spes aũt non confundit, quia charitas diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.*

Mathaeus. Lucas. Petrus. Iacobus. Paulus.

Ad Hebr. 10. *Patientia enim uobis necessaria est, ut uoluntatem Dei facientes, reportetis promissionem.* Ad Hebr. 12. *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei, & consumatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta.* 2. Ad Corith. 6. *In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut* Dei *ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs, in castitate & charitate non ficta.* Salo. Prou. 14.

Salom. *Qui patiens est, multa gubernatur prudentia: qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam.* Ibi. 16. *Melior est patiens uiro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore urbium.* Ibi 19. *Doctrina uiri per patientiam noscitur.* Ibi 25. *Patientia lenietur princeps, & lingua mollis confringet duritiam.* Ecclesiast. 8. *Peccator centies facit malum, & per patientiam sustentatur.* Ecclesiast. 2. *Sustine, & humilitate tua patientiam habe, quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines*

August. *uerò receptibiles in camino humiliationis.* August. de puero Centurion. 23. q. 4. *Paratus debet esse homo iustus & pius patienter eorum malitiam sustinere, quos fieri bonos quærit, ut potius numerus crescat bonorum, ut non pari malitia se quis numero addat malorum.* Idem in lib. de patientia. *Virtus animi, quæ patientia dicitur, tam magnum Dei donum est, ut etiam ipsius qui nobis eam largitur, patientia prædicetur. Quanto patiens est Deus noster in sustinendo peccata nostra, tanto seuerior erit in discutiendis actibus nostris.* Hiero. *Si Christus pax*

Hieronymus. *est credentium: quicunque sine pace est, consequenter nec Christum habet. Apud christianos enim non qui patitur, sed qui facit contumeliam miser est. Grauius est sustinere quem.*

nolis, quàm desiderare quem diligis. Sicut ad proprias iniurias patientes esse debemus, ita si aliquem uiderimus erga Deum ore sacrilego blasphemantem, illic tenere patientiam non debemus, sed resistere sacrilego, & os blasphemum ueritatis reprehensione damnare. Ambr. *Ad faciendam publicam patientiam fingunt, & in animo iracundiæ uires abscondunt. Ad nocendum parati cum nocendi tempus inuenerint.* Tribus modis *uirtus patientiæ exerceri solet. Aliquando nanque à Deo, aliquando ab antiquo aduersario, aliquando à proximo sustinemus aduersa. A proximo nanque persecutiones, damnationes, & contumelias, ab antiquo aduersario tentamenta, à* Deo *autem flagella toleramus. Idem super* Beati *immaculati. Illud est magnificum, si subiectus contumelijs iudicium* Dei *laudes, si uexatus ægritudine, iudicio* Dei *deputes, si te mora præmij, non reuocet, quo minus laudes iustititiam* Dei. Greg. *super* Ezech. *Nulla sunt bona quæ agimus, si non æquanimiter proximorum mala toleramus. Idem in homil. super* Euang. *Cum audieritis prælia. Patientia enim est aliena mala æquanimiter perpeti, contra eumquoque qui mala irrogat, nullo dolore morderi. Ibidem. Cum audieritis. Plerunque patientes uidemur, quia retribuere mala non possumus, sed idcirco malum non retribuit, qui nequaquam ualet, proculdubio patiens non est, quia patientia non in ostentatione requiritur, sed in corde. In* Deo *possessio animæ in uirtute patientiæ ponitur, quia radix omnium, custosq; uirtutum patientia est. Per patientiam enim possidemus animas nostras, quia dum nobis ipsis dominari discimus, hoc incipimus possidere, quod sumus. Idem super* Ezech. *homil. 7. Patientia uera est, quæ ipsum amat quem portat. Nam tolerasse & odisse non est uirtus mansuetudi-*

Ambrosius.

Gregorius. sup Ezech. homil. 7.

idem Ambr.

Gregorius

nis, sed uelamentum furoris. Ibi homil. 35. Nos sine ferro & flamma martyres esse possumus, si patientiam in animo ueraciter custodiamus. Idem super euang. 35. Doctrina uiri per patientiam noscitur, tanto ergo minus quisque ostenditur doctus quanto minus patiens est. Nec enim potest ueraciter bona docendo impendere, si uiuendo nesciat æquanimiter aduersa tolerare. Perfecti enim doctoris est, aliorum improbitatem patienter sufferre, ut se nouerit ab iniquis patienter obseruari. Igitur cum patientia relinquitur, etiam bona reliqua quæ gesta sunt, destruuntur. Idem lib. 30. Moral. Gloriosius est iniuriam tacendo fugere, quàm respondendo superare. Supernus arbiter noster & si pondus considerat in retributione; tamen uires pensat in pondere. Quantum læta mens fuerit per amorem; tantum erit & patiens per longanimitatem. Tantum quisque portat per Christum, quantum amat. Si enim amas, portas, si desistis amare, desistis & tolerare. Quæ enim minus diligimus, minus & toleramus. Irruente fastigio citius facta proximi adducuntur in grauitudine ponderis, quàm nobis non leuigat pœnam charitatis. Basilius. Pacificus homo consortium angelorum merebitur, inuidus autem particeps demoniorum efficitur. Qui patienter tolerat mala, in futuro coronam merebitur. Pax enim effugat discordias, Inuidia autem copulat eas. Sicut pax secreta mentis illuminat, ita inuidia occulta cordis occæcat. Homo pacificus securã possidet mentem, inuidus autem in tribulatione est semper. Fili si cupis patientiam habere, mone prius te ipsum, & ad mandata diuina excita mentem tuam. Ex abundantia pacis uel lætitiæ pacificus homo dinoscitur, et ex uultu marcido furore plenus inuidus demonstratur. Vir benignus si patiatur etiã iniuriam pro nihilo

idem super Prou. 19.

Basilius.

ducit. iniquus autem paruum uerbum audiens à proximo contumelias arbitratur. Qui enim amplectitur pacem in mentis suæ hospitio mansionem præparat Christo, quia Christus pax est, & in pace requiescere consueuit. Si quis tibi intulerit mala, ne irascaris, sed dole potius pro eo, quia Deus illi irascitur. Isidor. de summo bono lib.3. cap. 62. Qui uitæ futuræ præmium diligenter excogitat, mala omnia uitæ præsentis æquanimiter portat. Ibi. 63. Grauius torquetur impius mundi exagerando commoda, quàm iustus tolerando aduersa. Qui enim bona mundi diligit, uelit nolit, timoris & doloris pœnæ succumbit. Patienter ab uno ferendum est quod multis accidit. Pœna enim huius mundi breuis est, & qui affligit, & qui affligitur mortalis est. Habeto patientiam in aduersis. Promptior esto ad suscipiendam molestiam, q̃ inferendam. Contumelias detrahentium patientia superat. Sagittas contumeliæ patientiæ clypeo frange. Cõtra linguæ gladium patientiæ præbe scutum. Ibi lib.3.cap. 1. Iustus in pœnis gaudere debet, & impius in prosperitatibus timere. Iustè enim temporalia flagella ad æterna proficiunt gaudia. Plus corripitur flagello qui à Deo diligitur, si peccauerit. Valde enim necessarium est iustum in hac uita & uitijs tentari & uerberari flagellis, ut dum uitijs pulsatur, de uirtutibus non superbiat. Durius circa electos suos in hac uita Deus agit, ut dum fortioribus flagelli stimulis feriuntur, nulla oblectamenta præsentis uitæ desiderent, sed cælestem patriam, ubi certa quies est, indesinenter expectent. Ibidem cap.2. In hac uita Deus tanto magis studet ut parcat, quãto magis expectãdo flagellat, Ibidẽ cap.4. Murmurare in flagellis Dei peccator hõ nõ debet, qa maxime per hoc corripitur et emẽdatur. Vnusquisq; aũt tũc leuius portat quod patitur, quãdo Isidorus.

ſua diſcuſſerit mala pro quibus illi iufertur retributio iuſta. Diſcat non murmorare qui mala patitur, etiamſi ignoret cur mala patiatur, ſed per hoc iuſte ſe pati arbitretur, per quod ab illo iudicatur; cuius nunquam iniuſta iudicia ſunt, Idem Soliloquiorum lib. 2. *Magna eſt uirtus ſi non lædas à quo læſus es. Magna eſt fortitudo ſi etiam læſus remittas. Magna eſt gloria ſi cui potuiſti nocere, parcas.*

Cyprian. Cypria. *Pacificos enim homines & concordes Deus in domo ſua habitare præcepit, ut qui filij* Dei *eſſe cœpimus in* Dei *pace maneamus, & quibus ſpiritus unus eſt, unus ſit animus & ſenſus. Sacrificium* Deo *maius eſt pax noſtra & fraterna concordia. Qui pacem* Chriſti, *& concordiam rumpit aduerſus* Chriſtum *facit, qui dicit in* Euangelio Ioan. 14. Pacem *meam do uobis, pacem meam relinquo uobis,* Pacem *quippè quærere debet filius pacis. Neque enim accipere poteſt dolorum & paſſionum coronam, niſi præceſſerit in dolore & paſſione pax. Neque enim poteſt ueraciter bona dicendo impendere, ſi uiuendo neſcit æquanimiter aliena mala tolerare.* Patientia *fratres chariſſimi non tantum bona cuſtodit, ſed repellit aduerſa. Quiſquis lenis & mitis eſt, dei patris imitator eſt.* In uita Patrum.

In vita Patr. *Patiens homo riuulus fontis, omnibus exhibens delectabilem potum.*

Ioſeph. Ioſeph. *Vir enim patiens eſt, qui præſentia non timet. & futura cogitat, neſcit trepidare ubi non eſt timor.*

De Perſeue-

De Perseuerantia. Cap. XX.

EST autem perseuerantia in ratione benè instituta stabilis & perpetua permansio. Vnde perseuerantiæ extrema sunt, pertinacia & leuitas. Perseuerantia dicitur à perseuero uerbo. Est autem perseuerare cum quadam constantia perdurare. & seuerus, quod aliquando significat grauem & censorium, quasi semper uerus, uel sequens uerum, & nulla gratia, nullis illecebris mutabilis. De ea ergo quàm plures hic ponuntur auctoritates.



Ominus dicit in Euangelio Math. 10. Qui autem perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Paul. ad Rom. 6. Nunc autem liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum uestrum in sanctificationem, finem uerò uitam æternam. Idem ad Hebr. 12. In disciplina perseuerate, tanquam filijs uobis offert se Deus. quis enim filius est, quem non corripit pater? Salo. Ecclesiast. 7; Melior est finis orationis, quàm principium. Ecclesiast. 11. Sta in testamento tuo, & illo colloquere, et opere mandatorum tuorum ueterasce. August. ad Eudox. & habetur 16. q. 1. Vos autem fratres hortamur in domino, ut propositum uestrum in domino custodiatis, & usque ad finem multæ perseueretis. Hiero. & habetur de cons. dist. 5. Quicquid enim necessitate fit, citò soluitur, quod autem uoluntate accipitur, perseuerat. Non queruntur in christianis initia, sed finis. Paulus enim male cœpit, sed bene finiuit. Iudæ laudantur exordia, sed finis perditionis damnatur. Ambr. in epist. ad Simplic. Sapiens idem est animo, non minuitur, non augetur

Mathæus. Paulus. Salomon. August. Hieron.

rerum mutationibus, nec ut paruulus fluctuat, ut circumuoluatur omni uento doctrinæ, sed manet perfectus in Christo, fundatus in charitate, radicatus fide. Greg. in Moral. & est de pœn. dist. 3. Virtus boni operis perseuerantia est. Incassum quippe bonum agitur, si ante uitæ terminum deseratur, quia et frustra uelociter currit, qui priusquam ad metas ueneri, deficit. Ille bene imolat, qui sacrificium boni operis usque in finem debite perducit. Isidor. de summo bono lib. 2. cap. 7. Tunc enim placet Deo nostra conuersio, quando bonum quod inchoamus, perseueranti fine complemus. Bonum ergo non incepisse, sed perfecisse uirtus est. Ibidem. Non inchoantibus enim præmium promittitur, sed perseuerantibus datur. Ibi cap. 14. Semper in uita hominis finis est querendus, quia Deus non respicit quales fuerimus, sed quales circa finem uitæ extiterimus. Vnumquemq; enim de suo fine Deus, non autem de præterita uita iudicat. Cypri. Ex fine enim suo unusquisq; aut iustificatur, aut condemnatur.

Gregorius. Isidorus. Cyprian.

De Auxilio Dei Cap. XXI.

AVxilium ab augeo es, dicitur, quia per auxilium aliquod augetur. de quo dicitur in Psal. 120. Auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum & terram. Vnde ad exposcendum diuinum auxilium multæ in hoc capite traduntur auctoritates.



Ominus dicit in Euangelio Ioan. Ego ſum uiːtis & uos palmites: qui manet in me, & ego in eo. hic fert fructum multum, quia ſine me nihil poteſtis facere. Si quis ſine me manſerit mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent & ardet. Si manſeritis in me quodːcunque uolueritis, petetis & fiet uobis. In Actib. Apoſt. Nulːlus proprys uiribus ualet ingredi ianuam fidei, niſi pacificante & operante gratia Dei. Paul. ad Rom. Si Deus pro nobis quis contra nos? Ibi 9. Igitur non uolentis neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Ad Hebr. 4. Adeamus ergo cum fiːducia ad thronum gratiæ Dei, ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno. Ibi.2. In eo enim in quo paſſus eſt ipſe & tentatus, potens eſt & eis qui tentantur auxiliari. Salo. Prou.3. Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne paueas repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum. Dominus enim erit in latere tuo, & cuſtoːdiet pedem tuum ne capiaris. Eccleſiaſt. 2. Quis enim permanſit in mandatis eius & derelictus eſt? Aut quis inuocauit eum, & deſpexit illum? quoniam pius eſt & miſericors Deus. Ibi 13. Omni uita tua dilige eum & inuoca illum in ſalute tua. Ibi 51. Inuocabo dominum patrem domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore ſuːperborum ſine adiutorio. Laudabo nomen tuum aſſidue & collaudabo illud in confeſſione; & exaudietur oratio mea. Auguſt. libro de ſpiritu & anima cap. 4. Nemo de Dei pietate diffidat, quia maior eſt miſericordia ſua, quàm noſtra miſeria, & quiſquis ad Deum toto corde clamauerit, exauːdiet illum quia miſericors eſt. Super Ioan. ſerm. 19.

Ioan.

Act. Apoſt.

Paulus.

Salomon.

Auguſt.

Deus tibi totum est. si esuris, panis tibi est. si sitis, aqua tibi est. si in tenebris es, lumen tibi est. si nudus es, immortalitate tibi uestis est. In Soliloqu. Deus, quem nemo amittit nisi deceptus, quem nemo quærit nisi admonitus, quem nemo inuenit nisi purgatus. Hiero. contra Pelagium. Deus semper largitur, semper donator est. non mihi sufficit quod semel dedit, nisi semper det. Peto ut accipiam, et cum accepero rursus peto. Auarus sum ad accipiēda Dei beneficia, nec illa deficit in dando ipsa, nec ego satior in accipiendo, quantò plus bibo, tantò plus sitio. In epist. 1. Nihil ibi dicas impossibile, ubi adest uirtus altissimi. Nihil de humana fragilitate cogites, ubi plenitudo inest diuinitatis. Fœlices sunt quibus Deus spes est, et omne opus oratio. Ambr. super Lucam. 15. cap. Impios quæsiuit dominus qui eum non quærebant, et pro eis uoluit mori: quomodo clamantes ad se non exaudiet? Ibi lib. 5. Vberior est Dei gratia q; precatio: semper enim plus tribuit dominus quàm rogatur. Greg. lib. 2. Moral. Creator omnium Deus, pater omnipotens ubique est, & ubique totus est. In parte non est, quoniam ubique est. & tunc minus inuenitur, quando is, qui ubique totus est, in parte quæritur. Nunquam deest, & tamen ab iniquorum cogitationibus longè est. nec tamen ibi deest, ubi longè est, quoniam ubi non est per gratiam, adest per uindictam. Idem in homil. super illud Lucæ. Ecce cœperunt simul excusare. Offert Deus quod rogare debuerat, non rogatus dare uult, quod uix credi poterat, ut largiri dignaretur etiam postulatus. Magna enim pietas Dei omnipotentis super nos afficitur, quæ se deserētes nō deserit. Deus qui perfectorū desideria diligēter inflammat, hic quandoq; ad perfectionē roborat. Isidor. In omni opere tuo Dei auxiliū posce. Iosep. Necesse est adesse diuinū ubi humanū cessat auxiliū.

Hieronym.

Ambrosius.

Gregorius.

Iosep.

De Compunctione. Cap. XXI.

Compunctio cordis est humilitas mentis cum lachrymis exoriens de recordatione peccati, & timore iudicij. Vnde in præsenti capite multæ citantur auctoritates de fletu siue ploratu, compunctione, dolore, & lachrymis.



Dominus dicit in Euangelio Ioan. 16. *Amen, amen dico uobis, quoniam plorabitis & flebitis uos, mundus autem gaudebit; uos tristes eritis, sed tristitia uestra in lætitiam ueniet.* Ioan.
Math. 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Paul. Mathæus. Paulus.
ad Rom. 12. *Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus.* 1. Ad Corinth. 7. *Qui flent tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes.* Iacob. 4. *Miseri estote lugete et plorate. Risus.n. uester conuertatur in luctum, & gaudium in mœrorem.* Salo. Prou. 14. *Risus dolori miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat.* Eccle*siast.*7. *Melius est ire ad domum luctus quàm ad domum conuiuij. Melior est tristitia risu, quia per tristitiam uultus corrigitur animus delinquentis.* Aug. *Qui non habet compunctionem, nec quoque mundam habet orationem. Thesaurus est bona cordis compunctio, innenarrabile gaudium in anima hominis. Qui in oratione compungitur, ualde illi proficit ad salutem.* Hiero. Super Esaiam. *Oratio Deum lenit. sed lachryma cogit. hæc ungit, illa pungit. Idem in epist. O lachryma humilis, tua est potentia, tuum regnum, tribunal iudicis, non uereris, amicorum tuorum accusatoribus silentium imponis, non est qui te accedere uetet, si sola intraueris, uacua non redibis, magis crucias diabolum quàm pœna*

Iacobus. Salom. August. Hieronymus.

infernalis. Quid plura? uincis inuicibilem, ligas omnipotentem, inclinas filium uirginis. Non minus est laudandus uir fortis in luctu quàm in bello. Ambr. de obitu Valentini. Pascunt frequenter lachrymæ, & mentem alleuant fletus, refrigerant pectus, & mæstum consolantur. Est enim pijs affectibus quædam flendi uoluntas, & plerunque graues lachrymas euaporat dolor.

Ambrosius.

Gregorius. Gregor. in Pastoral. de Pœniten. dist. 3. Vniuscuiusque mens tantum pœnitendo compunctionis suæ bibat lachrymas, quantum se à Deo meminit amisisse per culpas. Cum per orationem compunctio effunditur, uia nobis per quam ad Iesum in fine peruenitur paratur. Idem in registro super illud. Axa filia Cale, &c. Irriguum superius accipit auima tua, cum se lachrymis regni cœlestis desiderio affligit. Irriguum uero inferius accipit, cum inferni supplicia flendo pertimescit. Reuertentes nos Dominus clementer amplectitur, quia peccatorum uita iam indigna esse non potest, quæ fletibus lauatur. Non est dubitandum circa finem iustificari hominem pœnitentiæ compunctione. Et quia raro id fieri solet, metuendum est igitur, ne ad finem differatur spectata conuersio. Ne ante occupet mors, quàm subueniat pœnitentia. Non ergo in flatibus nostris, non in actibus nostris, sed in Deo confidamus. Qua ergo post baptisma inquinauimus uitam, baptizemus lachrymis conscientiam. Inquinati post aquam salutis nascamur ex lachrymis. Basilius. Vbi sunt lachrymæ ibi spiritalis ignis accenditur, qui secreta mentis illuminet. Isidor. de Summo bono lib. 2. cap. 8. Prius enim

Basilius.

Isidorus.

enim lachrymis purganda sunt uitia quæ gessimus, & tunc mundata mentis acie id quod quærimus mentis gaudio complectimur; ut dum antea flendo, peccati à nobis caligo detergitur, mundatis cordis oculis libere superna inspiciantur. Qui uerò lachrymas indesinenter fundit, & tamen peccare non desinit, hic lamentum habet, sed emendationem non habet. Ibi. 10. *Compunctio cordis est humilitas mentis cum lachrymis, exoriens de recordatione peccati, & timore iudicij. Illa est conuersis perfectior compunctionis affectio, quæ omnes à se carnalium desideriorum affectus repellit, & intentionem suam toto mentis studio in* Dei *contemplationem defigit. Geminam esse compunctionem, qua propter* Deum *anima cuiusque electi afficitur, idest uel dum operum suorum mala considerat, uel dum desiderio æternæ uitæ suspirat. Quatuor esse qualitates affectionum, quibus mens iusti tedio salubri compungitur, hoc est memoria præteritorum facinorum, recordatio futurarum pœnarum, consideratio peregrinationis suæ in huius uitæ longinquitate, & desiderium supernæ patriæ, quatenus ad eam quanto citius ualeat peruenire. Sunt qui non ex uera cordis compunctione sui accusatores sunt. Sed tantum adhuc esse se peccatores designant, ut ex ficta humilitate conuersionis locum inueniant sanctitatis.* Ibi cap. 13. *Multi autem è contra semet ipsos peccatores fatentur, & tamen semet ipsos à peccato non subtrahunt. Amaritudo pœnitentiæ*

Amaritudo pœnitentiæ facit animum & sua facta subtilius discutere, et dona Dei quæ contempsit flendo commemorare. Nihil autem peius quàm culpam agnoscere nec deflere. Ibi cap. 15. Ingemiscendum est iugiter & postposita securitate lugendum, ne Dei secreto & iusto iudicio deseratur homo, & perdendus in potestate demonum relinquatur. Nam re uera quem Deus deserit, demones suscipiunt. Lachrymæ enim pœnitentiæ apud Deum pro baptismate reputantur. Qua propter dilige lachrymas, suaues tibi sint lachrymæ. Delectent te semper planctus & luctus. Esto tantum pronus ad lamenta quantum fuisti ad culpam. Qualis fuit tibi ad peccandum intentio, talis sit ad pœnitendum deuotio. Grauia enim peccata grandia lamenta desiderant. Effren. Beatus nanque est,

Effrem. & uere beatus quisque habens compunctionem secundum Deum. Compunctio sanitas animæ est. Compunctio remissio peccatorum est. Compunctio illuminatio animæ est. Compunctio spiritum sanctum perducit ad se. Compunctio unigenitum filium Christum facit habitare in se. Lachrymæ apud Deum fiduciam dant semper. Vbi lachrymæ abundant, ibi cogitationes sordidæ non appropinquant.

De Oratione

De Oratione. Cap. XXIII.

ORatio dicitur oris ratio per quam nostri cordis intima manifestamus Deo. Vnde oratio est actus rationis practicæ, scilicet quia est uel petitio decentium à Deo, uel ascensus mentis in Deum. Est ergo oratio ostensio uoluntatis nostræ ei à quo impetrare speramus id quod desideramus. de ea ergo in præsenti cap. pulcherrimæ adducuntur auctoritates.



DOminus dicit in Euangelio Math. 6. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, et clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus, qui uidet in abscondito reddet tibi, Ibi 21. Omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis. Ibi 26. Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Marc. 13. Vigilate ergo & orate, nescitis enim quando dominus domus ueniet sero, an media nocte, uel galli cantu, an mane, ne cum uenerit repente inueniat uos dormientes. Quod autem uobis dico, omnibus dico. Vigilate. Lucæ. 18. Oportet semper orare & non deficere Ibi 21. Vigilate itaque omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere omnia quæ uentura sunt, & stare ante filium hominis. Iacob. 5. Tristatur autem aliquis uestrum oret æquo animo & psallat. Infirmatur quis in uobis inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum ungentes cum oleo in nomine domini. & oratio fidei saluabit infirmum & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata uestra, & orate pro inuicem ut saluemini. Multum enim ualet deprecatio iusti assidua. 1. Pauli ad Corinth. 14. Orabo

Matheus. Marcus. Lucas. Iacobus. Paulus.

spiritu, & orabo mente. Psallam spiritu, psallam & mente. 1. ad Thessalonic. 5. Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. 1. ad Timoth. 2. Volo ergo uiros orare in omni loco leuantes puras manus sine ira & disceptatione. Ibi. 4. Omnis creatura Dei bona est: sanctificatur autem per uerbum Dei & orationem. Salo. Prou. 15. Longe est

Salom. *dominus ab impijs, & orationes iustorum exaudiet. Ecclesi. 18. Non impediaris orare semper, & non uerearis usque ad mortem iustificari, quoniam merces Dei manet in æternum. Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat Deum. Ibi. 35. Oratio humilitatis super nubes penetrat. Ibi 38. Fili in infirmitate tua ne despicias te ipsum, sed ora do-*

August. *minum, & curabit te.* August. *super Psal. 65. Orationis puræ magna est uirtus, & uelut fidelis nuncius mandatum peragit, & penetrat quo caro non peruenit. super psal. 85. Oratio tua locutio est ad Deum. Quando legis, Deus tibi loquitur: quando oras, cum Deo loqueris. Idem in quodam serm. Oratio si pura est, si casta fuerit, cœlos penetrans uacua non redibit. Oratio oranti subsidium, Deo sacrificium, dæmonibus autem flagellum est. Oratio est animæ sanctæ præsidium, angelo bono solatium, diabolo supplicium, gratum Deo obsequium, & pœnitentiæ religionis laus tota, perfecta gloria, spes certa, sanitas incorrupta. Oratio refectio est ieiuniorum, duritiam cordis emollit, austeritatem temperat, ieiunium dulcificat. Sicut enim sine potu nulla est plena refectio, sic & ieiunium sine refectione orationis non potest animam perfectè nutrire. Idem Oratione mundamur, lectione instruimur, utrumque si liceat amplectamur. Si non liceat, melius est orare quàm legere, quia in lectione cognoscimus quid facere debeamus. In oratione eadem acci-*

pimus quæ postulamus. Nec uaces die ac nocte. Sed cum somnus de oculis tuis ceciderit, tunc sensus tuus in oratione uigilet. Oratio mundat à peccatis, & per orationem salutem habemus. Hiero. super Marc. Ieiunio passiones corporis, oratione pestes sanandæ sunt mentis. Idem de con. dist. 5. Nec enim uerbis tantum, sed corde orandus est Deus. Quapropter melius est quinque psalmorum decantatio cum cordis puritate ac serenitate, spiritualiq; hilaritate, quàm totius psaltery modulatio cum anxietate cordis atque tristitia. Sicut enim milites ad bellum inermes exire non conuenit, ita homini christiano procedere cuilibet sine oratione non expedit. In epist. Egredientes de hospitio armet oratio, regredientibus de platea occurrat ante sessio, nec prius corpusculum requiescat, quàm animam pascat oratio. Ambr. in lib. de Offic. Sit oratio pura, simplex, dilucida, atque manifesta, plena grauitatis & ponderis, non affectata elegantia, sed intermissa gratia. Idem de Viduis. Vbi est oratio, adest uerbum, fugatur cupiditas, libido discedit. In Hexamer. lib. 1. Si pro te rogas tantum, pro te solus rogabis, si autem pro omnibus rogas, omnes pro te rogabunt. Greg. in Moral. Ille Deo ueram orationem exhibet, qui semet ipsum cognoscit, quia puluis sit, humiliter uidet, qui nihil sibi uirtutis tribuit, qui bona agit, illa de misericordia conditoris esse cognoscit. Virtutis pondus oratio non habet, quam nequaq; perseuerantia continui amoris tenet. Veraciter orare est, amoris in compunctione gemitus, et nō composita uerba resonare. Idem in hom. Quantò grauiori tumultu carnaliū rerum premimur, tanto orationi insistere ardentius debemus. Ad Deum quippè manus leuare est orationis nostræ studiū cū merito boni operis. Imponere citius ad partes iudex flectitur, si à prauitate sua non impedietur, qui corrigitur.

Hieronymus.

Ambrosius.

Gregorius.

Ilic enim in nomine saluatoris petit, quod ad ueram salutem re-
tinet. nam si quid petitur contra ueram salutem, non in nomine
In homil. super euang. Iesu petitur. Cum uero orationi uehementer insistimus, stat
Iesus, ut lumen restituat, quia Deus in corde figitur, & lux
amissa reparatur. Ea quæ perscrutare in nobismet ipsis ple-
nius nitimur, sæpe melius orando, quàm inuestigando penetra-
Basilius. mus. Basil. in Hexamer. lib. 9. Quomodo obtinebit quis ut in
oratione sensus eius non uagetur, si certus sit adsistere ante ocu
los domini? Oratio nanque grandis munitio est animæ. Per
orationes purissimas omnia nobis tribuuntur utilia à domino,
Isidorus. & omnia noxia proculdubio effugantur. Isidor. de Summo
bono lib. 3. cap. 7. Oratio cordis est, non labiorum tantum.
Neque enim uerba deprecantis, sed orantis cor aspicit Deus.
Melius est autem cum silentio orare corde sine sono uocis, quàm
solis uerbis sine intuitu mentis. Quod si tacite quis oret, &
uox sileat, quamuis hominibus lateat, Deo latere non potest,
qui conscientiæ præsens est. Pura est oratio quam in suo tempo
re sæculi nõ interueniunt curæ: longè autem est à Deo animus
qui in oratione cogitationibus sæculi fuerit occupatus. Tunc
ergo ueraciter oramus, quando aliundeq; non cogitamus. Sicut
orationibus regimur, ita psalmorum studijs delectamur. Psal-
lendi enim utilitas, tristitiam cordis consolatur. Tantus de-
bet esse orantis erga Deum affectus, ut non desperet precis
effectum. Inaniter enim oramus, si spei fiduciam non habemus.
Qui à præceptis Dei auertitur, quod in oratione postulat non
merebitur. Si autem id quod Deus præcipit faciamus, id quod
petimus sine dubio obtinemus. Oratio in præsenti uita pro
remedio peccatorum effunditur, Psalmorum autem decantatio
perpetuam Dei laudem demonstrat, & gloriam sempiternam.

Tam perseueranter intendere oportet animum nostrum orando atque psallendo, quousque importunas desideriorum carnalium suggestiones, quæ nostris obstrepunt sensibus, fortissima intentione superemus. Dum enim oramus, ad memoriam culpas reducimus, et magis reos tunc nos esse cognoscimus. Ideoq; cum Deo assistimus gemere & flere debemus, reminescentes quàm grauia esse scelera quæ commisimus, quamq; dira inferni supplicia quæ timeremus. Mens nostra cœlestis est, & tunc orando Deum bene contemplatur, quando nullis terrenis curis aut erroribus impeditur. Purgandus est itaque primùm animus, atque à temporalium rerum cogitationibus segregandus, ut pura acies cordis ad Deum uere & simpliciter dirigatur. Nam tunc impetrare diuina munera credimus, quando simplici affectu assistimus cum oramus. Tunc autem diabolus cogitationes curarum sæculi humanis mentibus ingerit, quando orantes aspexerit. Qui læditur, non desistat orare pro se lædentibus, quia iuxta Dei sententiam peccat qui pro inimicis non orat. Nihil illi oratio proficit, cuius adhuc dolor in mente, uel odium manet in pectore. Cor enim cum manibus leuat, qui orationem cum opere subleuat. Qui autem orat, & non operatur, cor leuat & manum non leuat. Similiter & qui operatur & non orat, manum leuat et cor non leuat. Ergo & orare necesse est, & operari. Culpabiliter manus ad dominum erigit, qui facta sua orando prodit. Qui enim iactanter orat, laudem appetendo humanam, non solum eius oratio non delet peccatum, sed ipsa uertitur in peccatum. Sæpe Deus multos non exaudit ad uoluntatem, ut exaudiat ad salutem. Oratio frequens diaboli iacula submouet. Immundos quoque spiritus orationis euincit instantia, quia demones per orationem uin-

Clemens. cuntur. Clemens. Disciplina nostra est orare pro intercessoribus & persecutoribus nostris. Cypri. Bona est oratio cum

Cyprian. iciunio et eleemosyna. Cito orationes ascendunt ad dominium, quæ ad eum merita nostri operis imponunt. Cæsarius. Sic le

Cæsarius ctioni & orationi debetis incumbere, ut interdum etiam manibus aliquid possitis exercere. Duobus modis oratio impeditur, ne quisque petita ualeat impetrare. Aut enim si mala quisque committit, aut si delinquenti sibi debita non dimittit. In uita Pat. Sicut uenenum ab animalibus fortiores herbæ uel pigmenta expellunt, ita cogitationes sordidas oratio cum ieiunio repellit. Quales orantes uolumus inueniri, tales ante tempus orationis nos præparare debemus. Christo enim coniuncta mens, & præcipue in tempore orationis intenta nihil mali, aut superflui recipit.

De Confessione. Cap. XXIIII.

EST autem confessio triplex, scilicet actus exterior fidei & iustitiæ. Actus latriæ, scilicet gratiarum actio, et laudatio Dei, Actus pœnitentiæ et confessio peccatorum. Unde confessio sacramentalis est delinquentis accusatio ex erubescentia, & per claues ecclesiæ satisfactoria obligans ad pœnitentiam peragendam iniunctam. de quibus omnibus in hoc cap. citatas auctoritates inuenies.



Mathæus. DIcit Dominus in Euangelio Math. cap. 10. Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego coram patre meo qui in cœlis

Ioan. est. 1. Ioannis .1. Si confiteamur peccata nos

stra qui fidelis, & iustus est, ipse remittet peccata nostra, & emundabit nos ab omni iniquitate. Ibi.4. Qui confessus fuerit, quoniam Iesus Christus est filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. Paul. ad philip. 2. Omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Ad Rom. 10. Paulus. *Si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quòd Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam. Ore autem confessio fit ad salutem. Ad Hebr. 4. Habentes pontificem magnum, qui penetrauit cœlos Iesum filium Dei, teneamus spei nostræ confessionem. Iacob. 5. Confitemini alterutrum peccata uestra, et orate pro inuicem ut saluemini. salo. Prou. 28. Qui abscondunt scelera sua non diriguntur. Qui autem confessi fuerint, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Ecclesiast. 4. Non confundaris confiteri peccata tua, & ne supponas te homini pro peccato. Ibi. 17. Ante mortem confitere. A mortuo quasi nihil perit confessio. Confiteberis uiuens uiuos, & sanus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in miserationibus illius. Ibi. 39. Benedicite dominum in operibus suis, & confitemini illi in uoce labiorum uestrorum, & sic dicetis in confessione uestra. Opera domini uniuersa ualde bona. Ibi. 51. Confitebor tibi domine rex, & collaudabo te deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo quoniam adiutor, et protector factus es mihi. August. de Pœnit. Confessio est salus animarum, dissipatrix uitiorum, restauratrix uirtutum, expugnatrix demonũ. Quid plura? obstruit os inferni, et paradisi portas aperit. Idem super Psal. O homo quid times? cur confiteri erubescis peccata tua? peccator sũ sicut et tu homo sum, humani à me nihil alienũ.*

Iacobus. Salomon. August.

Nota

Confitere homo homini, homo peccator homini peccatori. elige quod uis, si non confessus lates, inconfessus damnaberis. Ad hoc Deus exigit confessionem, ut liberet hominem humilem, ad hoc damnat non confitentem, ut puniat superbum. Idem de Pœn. dist. 6. Qui uult confiteri peccata sua, ut inueniat gratiam, quærat sacerdotem scientem & soluere & ligare. Ferto patrem erudientem, ne seuerum sentias iudicem punientem. Tempus confessionis est, nunc confitere quæ fecisti uerbo uel opere, quæ in nocte uel in die. Confitere in tempore opportuno, & in die salutis thesaurum cœlestem accipies. Confessio malorum operum, initium est bonorum. Ambr. lib. de Paradiso

Ambrosius.

dist. 1. Non potest quisque à peccato iustificari, nisi peccatum ante fuerit confessus. Super Beati immaculati. Qui se accusat & si peccator sit, iustus esse incipit, quia nec sibi parcit, & Dei iustitias confitetur. Cessat enim uindicta diuina, si confessio præcurrat humana. In lib. de Ioseph. 36. Plurimum suffragatur Deo uerecunda confessio, & pœnam quam defensione euitare non possumus, pudore reuelamus. Neque enim adhiberi ei potest remedium, cuius est uulnus occultum. Hier. super Math. tractans illud, pœnitemini & credite, &c. Qui desiderat nucleum frangit nucem, frangit cor, pœnitentiamq; agit qui uult æterno adhærere bono. Præconia Christi narrare possunt, qui ad palmam indulgentiæ meruerunt peruenire.

Nota

Gregorius.

Gregor. 8. Moral. Qui promereri uult quod expetit, debet malum confiteri quod fecit. Valde enim facile est, ut peccatorem se quisque fateatur, cum nihil pro peccato suo patitur. 22. lib. Moral. Hæc sunt ueræ humilitatis insignia, iniquitatem suam quemquam cognoscere, & cognitam uoce confessionis aperire. Non uult Deus ulcisci malitiam, qui confiteri delicta persuadet.

persuadet. Optat dissolui confitentem ne contumax pœnitere cogatur. Gregor. in Pastor. Qui delinquens uulnera clausa peccatorum lingua non detegit, quantò amplius silentio premit, tanto grauiorem dolorem intrinsecus auget. Vulnera enim clausa plus cruciant. Nam cum putredo quæ interius feruet, eijcitur, ad salutem dolor aperitur. Omnis quippe peccator dum culpam suam infra conscientiam abscondit, intrinsecus latet: & in suis penetralibus occultatur. Peccatores Deus uidet & sustinet, resistentes tolerat & damnat. Quotidie per Euangelium clementer uocat: confessionem nostram ex puro corde desiderat, & cuncta quæ delinquimus relaxat. Peccati uirus salubriter aperitur in confessione, quod pestifere latebat in mente. Confitendo peccata quid aliud agimus, nisi malum quod in nobis latebat, aperimus? Peccator enim conuersus de peccatis in fletibus iam iustus esse uidetur cum cœperit accusare quod fecit. Origenes. Si dixeris peccata tua prior exaudiet te Dominus tanquam populum sanctum. Basil. Melior est enim in malis factis pura confessio, quàm in bonis operibus superbiæ gloriatio. Isido. Confessio sanat, confessio iustificat, confessio peccatis ueniam donat. Omnis spes in confessione consistit. In confessione locus misericordiæ est. Nulla tam grauis est culpa, quæ per confessionem non habeat ueniam. Qui peccata sua hominibus occultant, & per semet ipsos confessi non fuerint, Deum quem testem habent, ipsum habebunt ultorem. Idem de summo bono lib. 2. cap. 13. Ex eo unusquisque iustus esse incipit, ex quo sui accusator extiterit. Multi autem è contra semetipsos peccatores esse fatentur, & tamen semetipsos à peccato non subtrahunt. Magna iam iustitiæ pars est, se ipsum

Origenes

Basilius.

Isidorus.

nosse homo quod prauus est, ut ex eo diuinæ uirtuti subdatur humilius, ex quo suam infirmitatem agnoscit. Bene se iudicat iustus in hac uita: ne iudicetur à Deo damnatione perpetua. Tunc autem iudicium de se quisq; sumit, quando per dignam pœnitentiam sua praua facta condemnat. Duplicem habere debet fletum in pœnitentia omnis peccator: siue quia per negligentiam bonum non fecit: siue quia malum per audaciam perpetrauit. Quod enim oportuit, non gessit, et quod agere non oportuit gessit. Quædam enim iustitiæ portio est iniquitatem suam homini puro confiteri, & in semetipsis de peccatis proprijs erubescere. Qui scelera sua cogitat, & conuersus fuerit ueniam sibi parat. Ibidem cap. 29. Vulnera enim mentis aperta cito exhalant: clausa uerò nimis exulcerant. Peccatum quod proditur, cito curatur. Crimen autem tacendo ampliatur. Si patet uitium, fit ex magno pusillum. Si latet uitium, fit ex minimo magnum. Silentio culpa crescit. Clemens. Iacentibus non facile potest medela oportuna, & necessarij sermonis adhiberi. proferre debet unusquisq; in quo animus per ignorantiam languet.

Clemens.

De Indulgentia siue de Reconciliatione proximi & peccatorum remissione. Cap. XXV.

INdulgentia sumpta est ab indulgeo uerbo quod sumitur multis modis, aliquando enim significat concessionē gratiæ, aliqñ dispensationē, aliqñ pro uacare, aliqñ prout importat remissionem pœnæ: & sic communiter accipiunt doctores; quando loquuntur de indulgentijs ecclesiæ. Aliquando accipitur pro remissione peccatorum, uel quadam condonatione, & ita citantur auctoritates in toto isto cap. unde rectius in titulo diceretur, De Reconciliatione proximi, et remissione peccatorum.



DOminus dicit in Euangelio Mat. 5. Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te; relinque munus tuum ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. Ibi. 6. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum dimittet uobis pater uester qui in cœlis est, peccata uestra. Ibi. 18. Accedens Petrus ad Iesum, dixit, Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? usq; septies? Dixit illi Iesus. Nō dico tibi usq; septies, sed usq; septuagesies septies. Ibi 12. Omne peccatū et blasphemia remittetur hominibus; spiritus autē blasphemiæ nō remittetur. Et quicūq; dixerit uerbū cōtra filiū hominis, remittetur ei: q aūt dixerit uerbū cōtra spiritū sanctū, nō remittetur ei, neq; ī hoc seculo neq; in futuro. Ioan. 20. Quorū remiseritis peccata, remittētur eis: et quorū retinueritis, retēta sūt. Idē In Epist. 1. cap. 2. Scribo uobis filioli quoniā remittūtur uobis peccata propter nomē Dei. Actus Apost. 10.

Matheus.

Ioannes.

Act. Apost. *Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum.*

Iacobus. *Iacob. 5. Oratio fidei saluabit infirmum: & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei.*

Paulus. *Paul. ad Ephe. 1. In filio Dei habemus redemptionem; per sanguinem eius remissionem peccatorum; secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabondauit in nobis. Ad Coloss. 3. Si quis aduersum aliquem habet quærelam: sicut & Dominus donauit uobis, ita & uos.*

Salomon. *Sal. Prouerb. 20. Ne dicas reddam malum pro malo. Expecta Deum, & liberabit te. Eccle. 20. Pius & misericors est Deus: & remittit in die tribulationis peccata. Ibi. 28. Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata soluentur.*

August. *Aug. de uerbis Domini, tractans illud Apost. Donantes uobis met ipsis. Dicit Dominus: Dimitte, & dimittetur tibi. Si ego prior dimisi, dimitte illis postea. Nam si non dimiseris, reuocabo te, & quicquid dimiseram, replicabo tibi. Ibidem. Audistis formam, si septuagies septies Christus tibi peccata donauit, si hucusque ignouit, & ultrà negauit: pone & tu limitem, & ulterius noli ignoscere. Idem de Vita clericor. lib. 10. Nullus debite grauioris pœnæ accipit ueniam, nisi qualemcunque, & si longè minorem, quam debeat, soluerit pœnam. Idem. Vnusquisque talem indulgentiam accepturus est à Deo, qualem & ipse dederit proximo suo.*

Hieronymus. *Hiero. super Math. lib. 3. Non usque septies, sed usque septuagies septies: idest, quadringentis & nonaginta uicibus, ut totiens peccanti fratri dimittimus in die, quoties ipse peccare non posset. Idem super Math. 24. Si peccauerit in nos frater noster, & in qualibet causa nos læserit; dimittendi habemus potestatem, immo ne-*

cessitatem: quia Dominus præcipit, ut debitoribus nostris debita dimittamus. Ibi super illud si non remis. pecca. O formidolosa sententia, si parua fratribus non dimittimus, magna nobis à Deo non dimittuntur. Ille rectè sui delicti ueniam postulat qui hoc quod prius in ipso delinquit relaxat. Dimittamus ergo quod debetur nobis, ut dimittatur quod debetur à nobis. Ambros. super Luc. Discas frequenter ignoscere: nec indignationem tenere. Nihil est enim quo possit offendi, cui ignoscendi est consuetudo. Tantæ pietatis est Dominus Iesus, ut ipsi Iudæ donaret ueniam, si Christi expectasset misericordiam. Greg. in Moral. Qui dimittit, & non dat, & minime dimittit: omnino misericordiam nullam facit, quia ab omnipotente Deo munus ex manu non accipitur: quod obligato corde ex malitia profertur. Si hoc quod in nos delinquitur, ex corde non dimittimus, et illud rursus exigitur, quod nobis iam per pœnitentiam dimissum fuisse gaudebamus. Tunc unusquisq; quod rectè petit, adipiscitur, cum eius animus in petitione nec inimici odio fuscatur. Nec curat antiquus hostis, ut terrena à nobis tollat, sed ut charitatem in nobis feriat. Isido. de Sũmo bono, lib. 2. cap. 14. Nullus desperare debet ueniam: etiam si circa finem uitæ ad pœnitentiam conuertatur. Vnumquemq; enim Deus de suo fine, non de præterita uita iudicat. Non enim possunt peccata dimitti ei, qui in se peccanti debita non dimittit. Qui fratrem sibi tardius reconciliat, Deum sibi tardius placat. Frustra enim sibi propitiare Deum quærit, qui cito placare se in proximum negligit. Quomodo Deus in Christo nobis nostra peccata donauit: sic & nos qui in nobis peccant, dimittamus. Ignoscendum est cuiq; dum ueniam postulat. Athanas. Si ergo non dimittis

Ambrosius.

Gregorius.

Isidorus.

Athanasius.

iniuriam, quæ tibi facta est, non orationem pro te facis, sed maledictionem super te inducis. Sic enim dicis: Sic mihi dimitte, sicut & ego dimisi. In collationibus tantum enim dimittetur nobis, quantum nos remiserimus eis, qui nobis quacunq; malignitate nocuerunt. Cypri. Quisq; enim qui peccantem dimittit. Ignoscendo peccatum sine dubio eleemosynam facit. Cæsarius, id admonition. secunda. Qui captiuos redimere, & pauperes pascere uel uestire non præualet, contra nullum hominem odium in corde reseruet, & inimicis suis non solùm malum pro malo non reddat, sed etiam diligat: & pro eis orare non desinat, certus de misericordia, uel de promissione Domini sui, libera conscientia ante tribunal Christi dicere poterit: Da Domine, quia dedi, dimitte, quia dimisi. Qui enim in se peccanti clementer indulserit, nullum peccati uestigium in illius anima remanebit.

Cyprianus.

Cæsarius.

De Pęnitentia. Cap. XXVI.

Est autem pœnitentia mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere. Pœnitentia enim est uirtus qua cõmissa mala cum emendationis proposito plangimus, et odimus; & plangenda ulterius committere nolumus. Vnde pœnitentia est quædam, dolentis uindicta puniens in se quòd dolet commisisse. Qua de re dilucidum est quòd ad agendam pœnitentiam non sufficit mores in melius commutare, & à malefactis recedere, nisi, & de his, quæ facta sunt, satisfaciendo dolere, & pœnitere. De ea ergo eiusq; laudibus, fructibus, necessitate, & modo copiosas in hoc cap. auctoritates auctor adducit.



Ominus dicit in Euangelio Mat.3. Pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnũ cœlorũ. Facite ergo fructũ dignũ pœnitentiæ. Luc. 5. Nõ ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã. ibi. 15. Gaudiũ erit corã angelis Dei super uno peccatore pœnitentiã agente. Ibi. 13. Nisi pœnitentiã habueritis, omnes simul peribitis. Apocalyp. 2. Pœnitentiã age, si quominus, ueniã tibi cito, et pugnabo cũ illis in gladio oris mei. Act. Apost. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisq;, & accipietis donũ spiritus sancti. Paul. ad Ro. 2. An diuitias bonitatis contẽnis, & patiẽtiæ, & longanimitatis? Ignoras quoniã benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit? Salo. sapient. 11. Dissimulat Deus peccata hominũ propter pœnitentiã. Eccl. 2. Si pœnitentiã non egerimus, incidemus in manus Domini: & non in manus hominum. Ibi. 20. Quàm bonum est correptum manifestare pœnitentiam: sic enim effugiet uoluntarium peccatum;

Matheus. Lucas. Apocalyp. Act. Apost. Paulus. Salomon.

Ibi. 5. Ne dixeris, peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor. Ne tardes conuerti ad Deum, nec differas de die in diem. Subito enim ueniet ira illius, & in tempore uindictæ disperdet te. Ibi. 8. Ne despicias hominem auertentem se à peccato: neq; improperes ei, memento quoniam omnes in corruptione sumus. Ibi. 12. Altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitentibus. Ibi. 17. Conuertere ad Dominum, & relinque peccata tua. Ibi. 21. Fili peccasti, ne adijcias iterum: sed de pristinis deprecare ut dimittantur tibi. Quasi à facie colubri fuge peccatum: & si accesseris ad illud suscipiet te. Pœnitentia quàmuis sit exigua non despicietur apud iudicem iustum Deum.

August. Augus. in lib. de pœnit. Ad agendam pœnitentiam non sufficit mores in melius commutare, & à malefactis recedere, nisi & de his quæ facta sunt, satisfacias Deo per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis. Idem in Soliloq. Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat: nihil prosunt lamenta, si replicentur peccata. Nihil ualet à malis ueniam poscere, & mala de nouo iterare. In lib. de Pœnit. Pœnitentia languores sanat, leprosos curat, & mortuos suscitat, sanitatem auget, gratiam conseruat. claudis gressum, aridis copiam, cæcis uisum restituit, uitia fugat, uirtutes exornat, mentem munit & roborat. Idem de ecclesiastic. dogmatib. pœnitentia aboleri peccata indubitanter credimus, & in ultimo uitæ spiritu, si admissorum pœniteat.

Hieronym. Hieron. in Amos Proph. Si agimus pœnitentiam, Deum quoq; suæ pœnitebit sententiæ. Idem in Epist. ad Susan. Necessaria est pœnitentia, quæ aut æquet crimina, aut certè excedat. in

quodam

quodam Serm. Apud Deum non tam ualet mensura temporis, quàm doloris: non tam abstinentia ciborum, quam mortificatio uitiorum. propter quod tempora pœnitentiæ pro fide & conuersatione pœnitentium abbreuianda præcipiuntur, & pro negligentia protelanda existimantur, quum pro quibusdam culpis modi pœnitentiæ sunt impositi. Vtinam tam cito conuertatur peccator ad pœnitentiam, quàm cito Dominus præparatus est etiam præfinitam mutare sententiam. In pœnitentia non temporis longitudinem requirit Deus sed affectus sinceritatis pœnitendo pensantur. Deus natura misericors est, & paratus ut saluet clementia, quos non potest saluare iustitia. Ambros. de Ioseph. cap. 36. Qui pœnitentiam agit, paratus debet esse ad opprobria perferenda, iniuriasq́; subeundas: nec commoueri; si quis ei peccati sui crimen obijciat. Idem in Epist. 3. ad Simplician. Nihil peccare solius Dei est: emendare sapientis: & corrigere erratum, & pœnitentiam agere de peccato: id tamen difficile est in hac uita homini. Quid enim tam rarum, quàm ut inuenias uirum, qui se ipsum coarguat, & factũ condẽnet suũ? Rara itaq; cõfessio de peccato, rara in pœnitẽtias rara hominibus uerbi huius assertio. Repugnat enim uerecũdia, quia erubescit unusquisq; propriã culpã fateri, dum præsentia magis quàm futura cogitat. Idem de pœnit. dist. 1. Nouit Dominus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum. Grego. in æsti. tempus. dist. 3. Pœnitentiam quippe agere est, & perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare. nam qui sic alia deplorat, ut iterum alia committat, adhuc pœnitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat. Quid enim prodest si peccata luxuriæ quis defleat, & tamen adhuc auaritiæ æstibus anhelet? Idem in Pastor. Qui admissa

Ambrosius.

Gregorius.

plangit, nec tamen deserit, pœnæ grauiori se subijcit: qui ipsam quam flendo impetrare potuit, ueniam contemnit. Neq; enim recte satisfacimus, si ab iniquitate non cessamus: quia qui commisit prohibita sibimet ipsi abscidere debet etiam concessa. & se reprehendit in minimum qui se meminit in maximis deliquisse. Satis alienus à fide est qui ad agendum pœnitentiam tempus senectutis expectat. Metuendum est ne dum sperat Christi misericordiam incidat in iudicium. Non enim potest esse gratia electorum nisi ubi erit uenia peccatorum. Magis ergo de peccatore conuersio quàm de iusto stante gaudium fit in cœlo. Necessarium ergo ei est qui uult se omnino purgare à peccato primum ipsas causas culpæ subcidere. Interius iudex mentem potius quàm uerba considerat. Qui tempus congruæ pœnitentiæ prodit, frustra ante regni ianuam cum præcibus uenit. Origen. Si enim tunc uis pœnitentiam agere, quando peccare non potes, peccata te dimiserunt non tu illa. Impia anima plangit in malis, dum sperat de bonis.

Origenes.

Isidorus.

Isidor. de Summo bono lib.2.cap.13. Amaritudo pœnitentiæ facit animum, & sua facta subtilius discutere: & dona Dei, quæ contempsit flendo commemorare. Nihil autem peius quàm culpam agnoscere nec deflere. Duplicem habere debet fletum in pœnitentia omnis peccator; siue quia per negligentiam bonum non fecit: seu quia malum per audaciam perpetrauit. Ille pœnitentiam dignè agit, qui sic præterita mala deplorat: ut futura iterum non committat. Nam qui plangit peccatum: & iterum admittit peccatum: quasi si quis lauet laterem crudum quem quantò magis eluerit, tanto amplius Lutum facit. Quamuis quisq; sit peccator & impius, si ad pœnitentiam conuertatur: consequi posse ueniam creditur. In hac uita tantum pœ-

nitentiæ patet libertas, post mortem uero nullam correctionis esse licentiam. In hac uita dum estis: Deum per pœnitentiam glorificate. In hoc enim seculo pœnitentiam operantibus Dei misericordia subuenit. Ibi. 14. Amplius lætatur Deus de anima desperata, & aliquando conuersa, quàm de ea quæ nunquam extitit perdita. Copiosius est enim gaudium coram Deo, & angelis eius de eo qui à periculo liberatur, quàm de eo qui nunquam nouit peccati periculum. Quantò enim contristat res perdita: tantò magis si fuerit inuenta lætificat. Multi superna respersi gratia in extremis suis ad Deum reuertuntur per pœnitentiam, & quæcunq; mala gesserint, quotidianis fletibus purgant: atq; in bonis factis mala gesta commutant. Quibus iustè totum quod deliquerant ignoscitur: quia ipsi quod malè gesserant pœnitendo cognoscunt. Idem Pœnitentia non uerbo agenda, sed facto. Grande scelus grandem exquirit necessariò satisfactionem. Qui ergo cupit certus esse in morte de indulgentia sanus pœniteat: sanusq; perpetrata facinora defleat. Qui autem prauè uiuendo pœnitentiam in morte agit, periculosum est. Sicut eius damnatio incerta est, sic & remissio dubia. Idem lib. 3. Pœnitentia est medicamentum uulneris, Spes salutis, per quam peccatores saluantur, per quam Deus ad misericordiam prouocatur, quæ non tempore pensatur, sed profunditate fletus et lachrymarũ. Pœnitẽtia aũt nomẽ sũpsit à pœna qua anima cruciatur et mortificatur caro. Ibi lib. 2. ca. 15. Si pœnitendo digna Deo acta gesserimus: seueritatẽ eius in clementiã cõmutabimus. Nã ille q nos malos tolerat, nõ dubiũ est ꝙ cõuersis clemẽter ignoscat. Hoc totũ de Dei procedit clemẽtia, ut nos nõ dãnet crudeliter, sed expectet ad pœnitentiã patienter. Hylarius. Hylarius.


Plenitudo enim mores immutat, & longorum temporum crimina in ictu oculi pereunt, si cordis nata fuerit compunctio.

Cæsarius. Cæsarius. Valde dura est, & nimium dolenda conditio omnem intentionem, & studium impendere operi, & fructum non recipere post laborem. Dicit enim aliquis cum ad senectam uenero, tunc ad pœnitentiæ medicamenta confugiam. Quare de hoc se fragilitas humana præsumat, cum unum diem uitæ suæ in potestatem non habet? Iniquitatem enim nostram si nos agnoscimus, Deus ignoscit. Multi enim se credebant longo tempore uiuere, & ita illos repentina mors subtraxit: ut nec ad illam momentaneam possint pœnitentiã peruenire. Erubescimus modo paruo tempore pœnitentiam agere, & non timemus sine ullo termino temporis æterna supplicia sustinere. Qui enim pro peccatis sibi ipsi non parcit, Deus cito illi indulgentiam tribuit.

Cyprianus. Cypria. de laud. Pœnitentiæ. O pœnitentia quid de te noui referam? omnia ligata tu soluis, omnia clausa tu reseras, omnia aduersa tu mitigas, omnia contrita tu sanas, omnia confusa tu lucidas, omnia desperata tu animas.

De Abstinentia. Cap. XXVII.

ABstinentia est à cibo & potu (nõ quia hæc aut aliqua Dei creatura mala sint, sed pro sola corporis castigatione) cessatio secundũ August. de fide ad Petrũ. Vel abstinentia est cohibitio gulæ, luxuriæ cupiditatis, auaritiæ, ambitionis, et superbiæ. Vnde abstinentia aliquando pro iustitia sumitur, cùm. s. abstinemus ab alienis nulli uim inferentes, nihil cuiq; eripiẽtes. De ea ergo ad plenum in præsenti cap. traduntur auctoritates.



Dominus dicit in Euangelio Mat. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur. 1. Petri. 2. Obsecro uos tanquam aduenas, & peregrinos abstinere à carnalibus desiderijs: quæ militant aduersus animam, conuersationem uestram inter gentes bonam habentes. Paul. ad Rom. 14. Is qui non manducat, manducantem non spernat. Et qui manducat non manducantem iudicet. Qui enim manducat, Domino manducat, & gratias agit Deo. Et qui non manducat, Domino non manducat, et gratias agit Deo. 1. Ad Thessalonicen. 5. Omnia probate, quod bonum est tenete: ab omni specie mala abstinete uos. 1. Ad Timoth. 4. Omnis creatura Dei bona est: & nihil reyciendum, quod cum gratiarũ actione percipitur. Sanctificatur enim per uerbum Dei, & orationem. Sal. Prouer. 13. Iustus comedit & replet animam suam, uenter autem impiorum insatiabilis. Ibi. 27. Anima saturata calcabit fauum. Anima esuriens, & amarum pro dulci sumit. Ecclesiastic. 3. Sapiens cor & intelligibile abstinebit se à peccatis: & in operibus iustitiæ successus habebit. Ibi. 37. Propter crapulam multi obierunt: qui autem abstinens est, adijciet sibi uitam. Augu. Super Ioan. de conse dist. 5. Ieiunium autem magnum, & generale est, abstinere ab iniquitatibus, & ab illicitis uoluptatibus seculi quod est perfectum ieiunium in hoc seculo: Quasi quadragesimam abstinentiæ celebramus, cum bene uiuimus, cum ab iniquitatibus, & ab illicitis uoluptatibus abstinemus. Idem ibi de diffinitione rectæ fidei. Bonum est in cibo cum gratiarum actione percipere, quicquid Deus edendũ præcepit. Abstinere autem ab aliquibus, non quasi malis, sed quasi non necessarijs, non est malum. Nihil prodest tota die.

Matheus. Petrus. Paulus Salomon. Augusti.

longum ducere ieiunium, si postea ciborum satietate uel nimietate anima obruatur. Sit ergo temperatus cibus escæ: & irrigata corporis nostri terra spinas libidinum non germinabit. Qualis est caro quæ post multos dies præcipit cibum, talis est anima quæ non assidue pascitur uerbo Dei. Bonum est ieiunare, sed melius est eleemosynam dare. Eleemosyna sufficit sine ieiunio. Ieiunium autem non sufficit sine eleemosyna. Sed Ieiunium cum eleemosyna duplex bonum est. Tale autem est ieiunium sine eleemosyna, qualis sine oleo lucerna. Sicut lucerna quæ sine oleo accenditur fumigare potest, lucem autem habere non potest, ita ieiunium sine eleemosyna carnē quidem cruciat sed charitatis lumine animam non illustrat.

Hieronymus. Hic. in Epist. ad Demetriad. Abstinentia tua atq; ieiunium eo magis Deo grata sunt, quo cum moribus sanctis offeruntur. Vt quæ in alijs sunt umbracula uitiorum, in te sint ornamenta uirtutum. Idem ad Rusticum. Modicus ac temperatus cibus & carni & animæ utilis est. Plenus uenter facile de ieiunijs disputat. Melius est enim stomacum dolere quàm mentem. Tantum tibi ieiunium impone quantum ferre potes. Multóq; melius est quotidie parum quàm raro satis sumere. Ardor corporis frigidioribus epulis temperandus est. in Epist. ad furium. Nonnulli uitam pudicam appetentes in medio itinere corruerunt: dum solam abstinentiam carnium putant, & leguminibus onerant stomachum, quæ moderatè parceq; innoxia sunt, & ut quod sentio, loquar, nihil sic inflammat corpora, & membra genitalia tintillat sicut indigestus cibus, uictusq; conuulsus. Idem Ad Celanthiam. Quid prodest tenuari corpus abstinentia, si animus intumescit superbia? Quid uirtutis habet uinum non bibere, & ira, & odio ine-

briari? Idem Ad Eustochium. Sollicite prouidendum est, uti quos saturitas à paradiso expulit, esuries reducat. Ambr. *in sermo. de ieiunio. Gula à paradiso regnantem expulit. Abstinentia ad paradisum reuocauit errantem. In lib. de ieiunio. Initium uitæ hominis panis & aqua. At nunc quicquid piscium natat, quicquid auium uolitat, quicquid ferarum discurrit nostris, uentribus sepelitur. Ieiunia, uigiliæ, eleemosynæ augere bonum nostrum debent, non uelare peccatum. Ille abstinens, uir credendus est, qui uitiorum omnium liber effectus est. Neq; enim reputanda est abstinentia, ubi erit uentris saturitas subsecuta. Membra sua quæ sunt super terram mortificant, qui insolens corpus ieiuniorum continuatione castigant. Nihil contra abstinentiam faciunt, qui uinum non pro ebrietate, sed pro corporis tantum salute percipiunt. Nec hoc eis offert uoluntas, sed permittit infirmitas. Abstinentia ciborum sola non sufficit, nisi ei opera bona iungantur.* Gre. *in Pastor. In cassum per abstinentiam corpus atteritur, si inordinatis moribus dimissa mens uitijs dissipatur. Idem in ho. Qui à paradisi gaudijs per cibum cecidimus: ad hæc in quantum possumus, per abstinentiam resurgamus. in lib. 20. Moral. Abstinentiæ uirtus nulla est, si tantum, quisq; corpus non edomat, quantum ualet, aut ualde inordinata est, si dederit plus, quàm ualet. Plus est ab enim uerbi pabulo uicturam in perpetuo mentem reficere quam uentrem mortiferæ carnis terreno pane satiare. Cibo corpus pascitur, opere spiritus nutritur. Innocent. Abstinentes et arrogantes abstinentia quidem corpus afficiunt, sed per desideria culpæ mundo seruiunt.*

Ambrosius.

Gregorius.

Innocentius.

Cum mens ad præcepta charitatis tenditur, restat proculdubio, ut per abstinentiam caro maceretur. Non enim Deo, sed sibi quisq; ieiunat, si ea quæ ad tempus uentri subtrahit, non in operibus tribuit. sed uentri postmodum efferenda custodit. Admonendi sunt abstinentes ut nouerint, quia tunc placentẽ Deo abstinentiam efferunt, cum ea quæ sibi de alimentis subtrahunt, indulgentibus largiuntur. Basil. Non bene possumus uigilare, quum dapibus fuerit uenter onustus. Vigilias stude copulare ieiunijs, ut cunctis uirtutibus florescere possis. Escæ enim plurimæ non solum corda nostra, sed etiam corpus & animam lædunt. Nihil prodest uentrem ab escis resecare, & animam obruere passionibus. Talem te exhibe fili mi cũ uolueris ieiunare, ut cum te à cibis abstines, abstineat, & lingua tua ab illicitis uerbis. Corpus exerceamus ieiunijs; & mentem purgemus à uitijs. Sicut miles plurimo onere prægrauatus impeditur ad bellum, ita impeditur monachus ad uigilias cum escarum largitate feruescit. Sæpe enim per ciborum auiditatem franguntur stomachi uires, plurimasq; ægritudines escarum largitate patimur. Isidor. de Summo bono lib. 2. cap. 44. Qui à cibis abstinent, & praue agunt, demones imitantur: quibus esca non est, & nequitia semper est. Illi autem bene à cibis abstinent, qui à malis actibus, uel à mundi ieiunãt ambitionibus. Escis enim libido crescit, ieiunio luxuria superatur. Hoc est perfectum & rationabile ieiunium, quando noster homo exterior ieiunat, & interior orat. Per ieiunium etiam occulta misteriorum reuelantur, diuiniq; sacramenti archana panduntur. Ieiunia fortia tela sunt aduersus demonum tentamenta. Cito enim per abstinentiam aduersarij deuincuntur. Immundi quoq; spiritus ibi se magis ingerunt, ubi plus

Basilius.

Isidorus.

uiderint

uiderint escam & potum. Abstinentia moderata uiuificat & occidit: uiuificat animam, corpus necat. Spernitur ieiunium quod in uesperum delitiosa ciborum repletione reficitur. Tota enim die epulas in cogitatione ruminat, qui ab explendam gulam uespere sibi delitias præparat. Nec ualet quicquam boni operis imbecillitate perficere, Sed quod cum modo & temperamento fit, salutare est. Quicquid autem nimis & ultra modum fit, perniciosum est: studiumq; suum in contrarium uertit. Corpus quod abstinentia frangit, tentatio non urit. Sicut omnes carnales cupiditates abstinentia resecantur, ita omnes animi uirtutes edacitate uitij destruuntur. Neq; enim quisq; potest uirtutem perfectionis attingere, nisi prius uentris edomauerit ingluuiem. Cæsarius in admonitione secunda. Alijs diebus ieiunare, aut remedium aut præmium est; in quadragesima uerò non ieiunare, peccatum est. Alio tempore qui ieiunat, accipiet indulgentiam: in his diebus qui potest, & non ieiunat, sentiet pœnam. Quid prodest si carnem nostram ieiunijs, & uigilijs affligimus, & mentem nostram non excendamus: Aut quæ interiora sunt non curamus. In collationibus tantum sibi cibum unusquisq; concedat quantum sustentatio corporis, non quantum desiderium carnis exposcit. Qui nimium cibis utuntur, quanto magis uentrem ingurgitant, tanto amplius sensum corrumpunt. In Vita Patr. Quemadmodum enim flamma comburit syluam, sic uisiones malas extinguit esuries. Qui continet uentrem suum, minuit uitia: Nam qui uincitur ab escis, augmentat uitia. Incrementum ignis flamma, incrementum uentris esca multa. Ligna multa magnam extollunt flammam, abundantia autem escarum praua nutrit desideria. Flamma diminuitur deficiente sylua, &

Cæsarius.

In uita Patr.

eſcarum indigentia marceſcere facit deſideria mala. Deſiderium eſcæ gignit obedientiam, & guſtus ſuauit expulit de paradiſo. Vacuus uenter in orationibus uigilare facit. Nam ſi repletus eſt, ſomnum infert grauiſſimum. Menſura competens repleuit uas, uenter uero diruptus non dicit, ſufficit. Si Paſſiones & uitia corporis noſtri fame, ieiuniorum ac uigiliarum labore macerentur, tunc aduerſariorum noſtrorum demonum humiliatur uirtus.

De Silentio, & Verbo otioſo. Cap. XXVIII.

IN *hoc cap. citantur auctoritates de Silentio ſiue taciturnitate ut homo ſit diſcretus in ſilentio, utilis, & cautus in uerbo: ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticeſcat. Vnde taciturnitas in dicendis, & locutio in tacendis eſt peccatum. Ideo de utroq; in præſenti cap. traduntur auctoritates, de taciturnitate. ſ. & uerbo otioſo. Eſt autem taciturnitas, qua mentes circunſpicientes quid deceat, & quid non, ſilent cogitabundè; nec putant proferendum anteq; maturè cuncta adamuſſim diſcutiant; ne ex ore magis quàm ex pectore erumpat oratio, taciturnitati autem linguacitas opponitur.*

Maibew.



Ominus *dicit in Euangelio* Math.12.Bonus *homo de bono theſauro profert bona.Et malus homo de malo theſauro profert mala.Dico autem uobis,quoniam omne uerbum otioſum quod locuti fuerint homines,reddent rationem de eo in die iudicij. Ex uerbis enim tuis iuſtificaberis,& ex uerbis tuis condẽnaberis.*

Ioan.7. Qui à semetipso loqtur, gloriã propriã quærit. 1. Paul. ad Timoth. 5. Verbosi otiosi & curiosi loquentes quæ nõ oportet. Tu autem loquere quæ decet sanam doctrinam. Ad Ephes. 5. Nemo uos seducat inanibus uerbis. 1. Ad Thimoth. 4. Ineptas autem & inanes fabulas deuita. 2. ad Thessalon. 3. Vobis autem denunciamus, & obsecramus, in Domino nostro Iesu Christo, ut cum silentio operantes, uestrum panem manducetis. Salo. Prou. 12. Propter peccata labiorum ruina proximat malo. Ibi. 10. In multiloquio peccatum non deerit. Qui autẽ moderatur labia sua prudentissimus est. Ibi. 14. Vbi uerba sunt plurima, ibi frequenter ægestas. Ibi. 21. Qui custodit os suum, custodit animam suam. Qui autem inconsideratus est, sentiet mala. Ibi. 16. Hominis est animam præparare, & Domini est gubernare linguam suam. Voluntas Regum labia iusti. Qui recta loquitur, dirigetur. Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia sua perficiet malum. Ibi. 17. Non decent stultum uerba composita, nec principem labium mentiens. Qui moderatur sermones suos, doctus, & prudens est: & pretiosi spiritus uir eruditus. Stultus quoq; si tacuerit, sapiens reputabitur, & si compresserit labia sua intelligens. Ibi. 18. cum obsecrationibus loquitur pauper, & diues effabitur rigide. Labia stulti miscent se rixis, et os eius iurgia prouocat. Os stulti contritio eius, et labia ipsius ruina animæ eius. Mors, & uita in manibus linguæ, qui diligunt eam, comedent fructum eius. Ibi. 21. Qui custodit os suum, et linguam suam, custodit ab angustijs animam suam. Ibi. 26. Qui imposuit stulto silentium mitigat iras. Ecclesiastes. 10. Verba aris sapientis gratia, & labia insipientis precipitabunt eum. Stultus uerba multiplicat. Ecclesiastici. 4.

Ioannes. Paulus. Salomon.

Noli citatus esse in lingua tua, & inutilis & remissus in operibus tuis. Ibi. 11. Priusquàm audeas ne respondeas uerbum, & in medio seniorum ne adijcias loqui. Ibi. 14. Beatus est uir, qui non est lapsus uerbo ex ore suo, & non est stimulatus tristitia delicti. Ibi. 18. Anteq; loquaris, disce. Ibi. 19. Qui odit loquacitatem extinguit malitiam. Ne iteres uerbum nequam, & durum; & non minoraberis. Est qui labitur in lingua sua, sed non ex animo. Quis est enim qui non deliquerit in lingua sua? Ibi. 20. Est tacens, qui inuenitur sapiens; & est odibilis, qui procax est ad loquendum. Est autem tacens non habens sensum loquelæ, & est tacens sciens aptum tempus. Homo sapiens tacebit usq; ad tempus: lasciuus autem & imprudens non seruabit tempus. Qui multis utitur uerbis lædit animam suam. Ibi. 28. Multi ceciderunt in ore gladij, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam. Iugum enim linguæ iugum ferreum est: & uinculum illius uinculum æreum est. Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire. & ori tua facito ostia, & seras auribus tuis. Verbis tuis facito statheram, & frenos ori tuo rectos. Attende ne forte labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi: & sit casus tuus insanabilis in mortem. Ibi. 31. Supra mensam magnam sedisti, ne aperias faucem tuam prior. Ibi. 32. Adolescens loquere in tua causa uix. Si bis interrogatus fueris, habeat caput tuum responsum. In multis esto quasi inscius, & audi tacens simul & quærens. In medio magnatorum loqui non præsumas, & ubi sunt senes non multum loquaris. Vbi auditus non est, non effundas sermonem, & impor-
August. tune noli extolli in sapientia tua. Aug. Absit ut multiloquium deputem, quando necessaria dicuntur, quantalibet sermonum

multitudine, aut prolixitate dicantur. Hier. lib.2.contra Rufi-fin. Hirundinem non esse suscipiendam in domo, id est garrulos & uerbosos homines sub eodem tecto non habendos esse dixit Arist. Idem, Ad Nepotia. Verba uoluere, & apud imperitum uulgus admirationem sui facere, indoctorum hominum est. Nihil tam facile, quàm uilem plebem & indoctam uolubilitate linguæ decipere, quæ quicquid non intelligit, plus miratur. Discat aliquando tacere, qui nunquam didicit loqui. Mens Christo dedita sic cauet minora, sicut & maiora, sciens etiam pro uerbo otioso reddendam esse rationem. Amb. lib.1.de Off. Quamplures uidi loquendo in peccatum incidisse. Vix quempiam tacendo, ideoq; tacere nosse, quàm loqui difficilius est. Alliga sermonem tuum ne luxuriet, ne lasciuiat, & multiloquio peccata sibi colliget. Iugum sit uerbis tuis, & staterá atq; mensura, ut sit grauitas in sensu, in sermone pondus, atq; in uerbis modus. Est quidem homo, qui silentium affectat, sed cor eius multum se condemnat: Iste talis multum loquitur. Et est alius, qui à mane usq; ad uesperam loquitur, & cum dilectione silentium magnum custodit. Greg. lib.8. Moral. Lingua sub magni moderaminis liberatione frænanda est, non insolubiliter obliganda, ne aut laxata in uitium defluat: aut restricta etiam ab utilitate torpescat. Ibidem lib.16. Isti sunt casus culpæ crescentis: ut lingua, cum non restringitur, nequaquam ubi ceciderit iaceat; sed semper ad deteriora descendat. Ibidem lib.7. Maral. Tempus tacendi & tempus loquendi: discreta uicissitudine pensanda sunt tempora. ne aut quum restringi lingua debet, per uerba se inutiliter soluat: aut quum loqui utiliter potest, semetipsam pigrè restringat. Otiosum quippè uerbum est, quod aut utilitate rectitudinis, aut

Hieronym.
Ambrosius.
Gregorius.

ratione iustæ necessitatis caret. Sic ut incauta locutio in erro- rem protrahit, ita indiscretum silentium eos qui erudiri pote- rant, in errore delinquit. Basi. In conuentu noli proferre sermonem, sed oportuna uerba ex ore tuo procedant, Cum oportunum tempus inueneris, ut te audientibus cunctis gratia præbeas. Isidor. Soliloq. cap. 31. sint tua uerba pauca. Tolle uerbositatem sermonis superflui. Multiloquium non ef fugiet culpam. Linguosus homo imperitus est: Sapiens uero paucis utitur uerbis. Ibidem. 2. Qui otiosa uerba non re- primit, ad noxia cito transit. Sic sermo tuus irreprehensibi- lis, sic expectatione audientium utilis est. Scito quo tempore loquaris, considera quæ dicas, tempore congruo loquere, & tace. Nō loquaris nisi interrogatus fueris. Nō dicas priusquā au- dias. Linguosus homo imperitus est. Sapiēs breuē sermonē scien tia facit; loqui multū stultitia est. Vox. n. insipientis in multipli cationem sermonis. Maneat igitur in uerbo mensura: in ser- mone sit statera. Semper uerba tuo sint moderata. Modum loquendi non transeas. Plus dilige audire quàm loqui. Plus auscultare quàm dicere. In principio audi, loquere nouissi- mus. finis plus habet honoris. Melior est nouissimus sermo, quàm primus. Claude aures tuas ne audias malum. fuge in- cauta uerba. Vanus sermo cito polluit mentem. Facile fin- gitur, quod libenter auditur. Nihil ex ore tuo quod impedire possit, procedat. Nihil quod non expedit, sonus uocis erum pat. Hoc procedat ex labijs quod aures non polluat audien- tis. Sermo uanus uanæ conscientiæ index est. Qualis ser- mo ostenditur, talis & animus comprobatur. Paulatum cre- scunt uitia, & dum parua non curamus in magna prolabi- mur. In loquendo, & tacendo peritus esto. Lingua tua te

non perdat. Oppone linguæ tuæ claustra silentij. Cæsarius. Cæsarius.
Nihil prodest si in habitatione uirtutum sit silentium, & in habitationibus uitiorum tumultus, & colluctatio passionum. In Vita Patrum. Cum silentio, & oratione age, quod agis in ueritate.

De Cogitatione. Cap. XXIX.

IN hoc cap. citantur auctoritates de bonis, & malis cogitationibus. quoniã si bonas cogitationes diligere cœperimus, ab illis, quæ malæ prauæ sunt, dignabitur Dominus nos liberare.



Ominus dicit in Euangelio Math. 5. Beati Mathæus.
mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt.
Ibi. 15. & Marci 7. Ab intus enim, de corde Marcus.
hominum exeũt cogitationes malæ. Adulteria, fornicationes, homicidia, & cætera omnia mala ab intus procedunt, & coinquinant hominem. 1. paul. ad Cor. 13. Charitas nõ Paulus.
cogitat malum, non gaudet super iniquitatem, congaudet autem ueritati. Ibi. 15. Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt. 2. Ibi. 3. Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum. Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Ad Philippens. 4. Quæcunq; sunt uera, quæcunq; pudica, quæcunq; iusta, quæcunq; sancta, quæcunq; amabilia, quæcunq; bonæ famæ; siqua uirtus, siqua laus disciplinæ: hæc cogitate, quæ & didicistis, et accepistis, et audistis, et uidistis in me. hæc agite, et deus pacis erit uobiscum. Ad Galath. 5. Dico autem spiritu ambulate, et desideria carnis nõ perficietis. Salo. Pro. 3. In omnibus Salomon.
uijs tuis cogita Deum; & ipse diriget gressus tuos. Ibi. 12.

Qui bonus est, hauriet sibi gratiam à Domino. qui autem confidit in cogitationibus suis impie agit. Cogitationes iustorum iudicia: & consilia impiorum fraudulenta. Ibi. 15. In abundanti iustitia uirtus maxima est, cogitationes autem impiorum eradicabuntur. Ibidem. Dissipantur cogitationes ubi non est consilium: ubi uero plures sunt consiliarij, confirmantur. Ibi. 24. Qui cogitat mala facere stultus est. Cogitatio enim stulti peccatum est, & abominatio hominum detractor. Sapient. 1. Peruersæ cogitationes separant à Deo: probata autem uirtus corripit insipientes. Ibi. 9. Quis enim hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare quid uelit Deus? Cogitationes enim mortalium timidæ & incertæ prouidentiæ nostræ. Ecclesiastic. 3. Quæ præcepit tibi Deus, illa semper cogita: & in pluribus operibus eius non eris curiosus. Ibi. 14. Beatus uir, qui in sapientia morabitur: & qui in iustitia sua meditabitur: & in sensu cogitabit circumspectionem Dei. Ibi. 6. Cogitatum tuum habe in præceptis Dei: & in mandatis illius maxime assiduus esto: & ipse dabit tibi cor: & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi. Ibi. 33. Præcordia fatui quasi rota carri: & quasi axis uersatilis cogitatus illius. Ibi. 42. Non præterit Dominum cogitatus omnis, & non abscondit se ab eo ullus sermo. August. Nemo potest à diabolo decipi, nisi qui se præbere uoluerit ad suæ uoluntatis sensum. Hie. in Epist. ad Demetriadem. Quicquid pudet dicere, pudet & cogitare. est tutissimum atq; perfectum, ut assuescat animus sollicita semper & peruigili custodia discernere cogitationes suas, & ad primum animi motum, uel probare, uel reprobare, quod cogitat: uel bonas cogitationes alat, uel statim malas extinguat. Hinc nanq; fons est

Aug.

Hieronymus.

boni

boni, & origo peccandi. Potestas quippe diaboli non in te, meritate illius atq; iactantia, sed in tua est uoluntate. Ne sinas cogitationes malas in corde tuo crescere. Gre.lib.5. Mo*ral. Magno studio superfluæ cogitationes amputandæ sunt. Sed tamen amputari funditus nequaquam possunt. Semper enim caro superflua generat: quæ semper spiritus ferro sollicitudinis rescindat.* Ibi. 12. *Electorum mentes si quas in se carnales cogitationes inueniunt, pœnitentiæ ardore cõsumunt. nec cogitationes suas dilatari carnali uoluptate permittunt; quia eo semetipsos iudicantes, subtilius feriunt, quo districtum iudicem præstolantur uicinum. Sicut capite reguntur membra, ita cogitationes mente disponuntur. Omnium enim corda scrutatur Dominus; & uniuersas mentium cogitationes intelligit. Maligni quippè Spiritus animam undiq; angustant, quando ei non solum operis, sed etiam locutionis insuper cogitationis iniquitates placent. Tunc enim in capita oculos habemus cum uitam redemptoris nostri tacita cogitatione conspicimus. Quid prodest, quòd contra hominum insidias tota ciuitas custoditur, si unum foramen apertum relinquatur, unde ab hostibus intretur. Omne enim quod subtiliter cogitamus, quasi mente coquimus.* Isidor. de Summo bono lib. 2. cap. 23. *Cogitatio praua delectationem parit: delectatio consensionem: consensio actionem: actio consuetudinem: consuetudo peccandi necessitatem, sicq; his uinculis homo implicatus quadam catena uitiorum tenetur adstrictus.* Ibi. 25. *Bipartita est causa peccandi, idest operis & cogitationis. quorum unum iniquitas dicitur, quod opere geritur: aliud iniustitia, quod cogitatione admittitur. Prius autem actio resecanda est, postea cogitatio. Prius praua opera, post modum desideria; uicissim autem & à cogitatione*


Gregorius.

Isidorus.

opera procedant, & ab opere cogitatio nascitur. Quamuis et si ab opere malo quisq; uacet, pro solius tamen prauæ cogitationis malitia non erit innocens. Non enim solum factis sed & cogitationibus delinquimus: si eis illicite occurrentibus delectemur. Non est timendum si bona malaq; in cogitatione eueniant: sed magis gloriandum est, si mens mala à bonis intellectus ratione discernat. Nihil iuuat quòd inter bonum & malum sensu prudentiore discernimus, nisi opere aut mala cogitata caueamus: aut bona intellecta faciamus. Ex corde exeunt cogitationes male. Ideo si prius prauæ cogitationi resistimus, in lapsum operis non incurrimus. Magna igitur obseruanti a circa cordis est custodiam adhibenda; quia aut bonæ, aut malæ rei ibi consistit origo, & Ideo in ipso cogitationis initio resiste, & euades cætera. Si spreueris cogitationes à corde non prorumpent in opere. Si cogitationi non consenseris, operi cito resistis. Non enim corpus potest corrumpi, nisi prius corruptus sit animus. Nihil potest caro facere, nisi quod uolucrit animus. Munda cogitatione animum mala, & caro non peccabit.

Cæsarius. *Cæsarius. monit. 2. cap. 3. Incipiamus bonas cogitationes diligere, & statim ab illis, quæ male sunt dignabitur* Dominus *nos liberare.*

In vita Patr. In Vita Patrum. *Sicut ignis liquefacit ceram, ita & uigilia bona cogitatationes pessimas.*



IN hoc cap. ponuntur auctoritates de Voluntate Dei, quam unusquisq; facere debet qui Dei cultor est, & in regnum cœlorum exoptat intrare. Item de Voluntate hominis, bona quâ rectè honesteq; uiuetur, & ad summam sapientiam peruenire optatur. item de Voluntate hominis mala, qua non solùm quisq; miser efficitur. Sed miserior potestate, quâ desiderium malæ uoluntatis impletur. Postremò de bona, & mala intentione.



DOminus dicit in Euangelio Math. 7. Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum: *sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum*. Lucæ. 12. *Ille seruus qui cognouit uoluntatem* Domini *sui, & non se præparauit, & non fecit uoluntatem eius: uapulabit multis*. Qui *autem non cognouit, et fecit digna, uapulabit paucis plagis*. Ioan. 9. *Si quis* Dei *cultor est, & uoluntatem eius facit, hunc exaudiet* Deus. 1. Petri. 2. *Sic est uoluntas* Dei, *ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam*. Ibi. 4. Hi *qui patiuntur secundum uoluntatem* Dei *fideli creatori commendent animas suas in benefactis*. 1. Ioannis. 2. *Mundus transit, & concupiscentia eius*. Qui *autem facit uoluntatē* Dei *manet in æternū*. Ibi. 5. *Hæc est fiducia quā habemus ad* Deū: *quia quodcūq; petierimus secundū uoluntatē eius, audit nos*. Paul. *ad* Ro. 10. *Fratres, uoluntas quidē cordis mei, & obsecratio ad* Deū *fit pro uobis in salutem*. 2. Ad Cor. 5.

Matheus. Lucas. Ioannes. Petrus. Ioannes Apostolus Paulus.

Ardeamus autem & bonam uoluntatem habeamus magis pe-regrinari à corpore & præsentes esse ad Dominum: & ideo contendamus siue absentes, siue præsentes placere illi. Ibi. 8. Si uoluntas prompta est, secundum quod habet accepta est, non secundum quod non habet. Quemadmodum promptus est ani-mos uoluntatis, ita sit & perficiendi. Ad Ephes. 5. Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit uoluntas Dei. Ad Thessalon. 4. Hæc est uoluntas Dei sanctificatio uestra, ut ab-stineatis uos à fornicatione: ut sciat unusquisq; uestrum uas suum possidere in sanctificatione, & honore; non in passione desiderij: sicut & gentes quæ ignorant Deum. Ad hebr. 10. Patientia uobis necessaria est, ut uoluntatem Dei facientes re portetis repromissionem. Ibi. 13. Deus autem pacis, qui edu-xit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamen ti; Dominum nostrum Iesum Christum, aptet uos in omni bo-no; ut faciatis eius uoluntatem: faciens in uobis, quod placeat

Salomon. coram se per Iesum Christum. Salo. Prou. 11. Abominabile est Domino cor prauum, & uoluntas eius in his qui simplici-ter ambulant. Ibi. 19. Multe cogitationes in corde uiri, uo-luntas autem Domini in æternum permanebit. Ecclesiastic. 18. Post concupiscentias tuas non eas: & à uoluntate tua auerte.

August. August. de Trinitat. lib. 13. Mala uoluntate non solum quisq; miser efficitur, sed miserior potestate, qua desiderium malæ uoluntatis impletur. Idem de libero arbitr. Deus est autor me riti, qui & uoluntatem applicat operi, & opus applicat uolun tati. Omnium erit in uoluntate quod unusquisq; habebit in re-tributione. Omne opus præcedit uoluntas, nostra dum cogi-tat quod operari debeamus. Nihil enim aliud quærit Deus nisi uoluntatem bonam. Nihil omnino, tam facile est bonæ uo-

luntati, quàm ipsa sibi, & hoc sufficit Deo. Idem de uera re lig. Bona uoluntas est qua appetimus rectè honesteq; uiuere, & ad summam sapientiam peruenire. Hier. Super illud Math. 6. Vbi est thesaurus tuus. Cor habet in uentre gulosus, lasciuus in libidine, cupidus in lucris. Ambros. de Vita beat. dist. 15. q. 1. Non est quòd cuiq; nostram ascribamus erumnam nisi nostræ uoluntati. Nemo nostrum tenetur ad culpam, nisi uoluntate propria deflexerit. Non habent crimen quæ inferuntur reluctantibus. Voluntarium sibi militem eligit Christus. Voluntarium seruum sibi diabolus auctionatur. Neminem iugo seruitutis astrictum possidet, nisi se ei prius peccator ære uendiderit. Gregor. in homil. super euangel. Nihil offertur Deo ditius bona uoluntate. Voluntas autem bona est, sic proximi aduersa sicut nostra pertimescere. Sic de prosperitate proximi sicut de nostro profectu gratulari. Aliena damna nostra credere, aliena lucra nostra deputare. Amicum non propter mundum, sed propter Deum diligere; inimicum etiam amando tolerare. Nulli quod pati non uis facere. Nulli quod tibi iuste impendi desideras denegare. Necessitati proximi iuxta uires succurrere, sed prodesse etiam ultra uires uelle. Ante Dei oculos nunquam est uacua manus à munere, si area cordis repleta fuerit bona uoluntate. Bonum ergo opus in bona uoluntate sit. Nam ex diuino adiutorio erit in perfectione. Isidor. Soliloq. lib. 2. cap. 10. Tale erit opus tuum, qualis fuerit intentio tua. Idem de summo bono lib. 2. cap. 27. Bona intentio est, quæ propter Deum est, mala uerò quæ pro terreno lucro aut uana gloria est. Qui opus bonum bona intentione non faciunt: per hoc magis cœcantur opere per quod illuminari potuerunt. Vnusquisq; bonum opus

Hieronym.

Ambrosius.

Gregorius

Isidorus.

quod agit, bona intentione agit, quoniam pro mala intentio-
Cyprianus. ne plerunq; opus bonum quod agimus, & minus à culpa uaca-
mus. Cyprian. Semper inuidia à bona uoluntate discordat.
Deus enim per multas uoluntates aliorum in alijs multa opera-
tur bona. Nec excusat oppressum necessitas criminis, ubi cri-
men est uoluntatis.

De Curiositate. Cap. XXXI.

EST autem curiositas studium ea perscrutandi, quæ scire nulla est utilitas. Vel est superflua indagatio ad se non pertinentium. Vnde curiositas periculosa præsumptio est: multi enim aliorum uitia discernunt, sua autem non aspiciunt. Est quoq; uitium circa cognitionem intellectus, & sensus ad peccandum, & circa inspectionem ludorum, & mulierum ad concupiscendum etc. de ea ergo quàm plurimæ traduntur auctoritates.



Lucbas. DOminus dicit in Euangelio Lucæ. 21. Attendite autem uobis; ne forte grauentur corda uestra in crapula & ebrietate & curis huius uitæ: & superueniat in uos repentina dies illa, tanq; laqueus superueniet in omnes qui sedent super
Petrus. faciem omnis terræ. 1. Petri. 5. Humiliamini sub potenti manu Dei, ut uos exaltet in tempore Visitationis omnem sollicitudinem uestram proijcientes in eum, quoniam ipsi cura est
Paulus. de uobis. Paul. ad Rom. 13. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: sic ut in die honeste ambulemus. induamur ergo Dominum nostrum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desiderijs. 1. ad Corint. 7. Seruus

uocatus es, non sit tibi curæ: sed & si potes fieri liber magis utere. Salo. Prou. 11, Qui quærit bona, bene consurgit dilucu lo, qui autem inuestigator malorum est, opprimetur ab eis. Ecclesiastic 3. In super uacuis rebus noli perscrutare multipliciter. Non enim tibi necessarium est ea, quæ abscondita sunt, uidere oculis tuis. Ibi 32. Curam illius habe & sic considera, & omni cura tua explicita recumbe ut læteris propter illos: & ornamentum gratiæ accipias coronam: & dignationem consequaris coronationis. Ibi, 3. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus illa cogita semper: et in pluribus operibus eius nō eris curiosus August. de uera religion. In consideratione creaturarum non est uana & peritura curiositas exercenda, sed gradus ad immortalia, & semper manentia faciendus. Idem lib. 10. confession. Curiosum genus hominum ad cognoscendum uitam alienam, desidiosum ad corrigendum suam. O quàm irreprehensibiles esse poteramus, si tam diligenter nostra uitia caueremus, quàm aliena scrutamur. Idem de Genc. contra Manich. lib. 1. Compescat se humana temeritas: et id, quod nō est, nō quærat: ne illud, quod est, nō inueniat. Hier. in Epist. de duobus filijs. Nugas tenemus, et fonte ueritatis amisso opinionū riuulos cōsectamur. Qui proficere studet, nō cōsideret quod malū alij faciāt, sed quod bonū ille facere debeat. Caueat igitur cōmittere quod reprehēdere uult. Sufficit nobis de pñtibus huius seculi angustijs cogitare. Qui necesse est sensum ad incerta & futura distēdere, quæ aut cōsequi, nō possumus, aut cito inuēta perdamus. Qui ergo de futuris cogitare prohibuit, concessit de pñtibus propter humanæ uitæ fragilitatem. Sufficit nobis contra malitiā huius seculi præsens habere certamē, dū alienos errores considerant, suos ostendūt,

Salomon.

August.

Hieronymus

Ambrosius. Ambr. Tamdiu quis peccata sua, quæ nosse & deflere debet, ignorat, quàmdiu curiose aliena considerat. Quòd si mores suos ad se ipsum conuersus aspicit, nõ requiret quod in alijs ipse spe cialiter reprehendat, sed in se ipso quòd lugeat. Nos ergo tan to minus debemus aliena corda audacter reprehendere, quantũ scimus uisu nostro nos nõ posse alienæ cogitationis tenebras il= lustrare. Nec profectò diluere aliena delicta ualet, quem adhuc

Gregorius. propria deuastant. Gregor. in hom. 36. Grauæ curiositatis est uitium, quæ dum cuiuslibet mentem ad inuestigandum uitã pro ximi exterius ducit, sẽper ei intima sua abscondit, ut aliena sci ens se nesciens sit, & curiosus animus, quanto peritus fuerit a=

Isidorus. lieni meriti, tantò fiat ignarus sui. Isido. de Sũmo bono lib. 3. ca. 21. Qui curis rerum familiarium occupantur, quantò se rerum studijs implicant, tantò à charitate diuina se ipsos separãt. Qui simul & terrenis parere curis, & diuinis exercere student, utrunq; complectere simul nõ ualent. Nisi prius à secratioribus cordis expellatur importuna secularium multitudo curarũ, ani= ma quæ intrinsecus iacet, nequaquam resurgit. Nã dum se per innumeras seculi cogitationes spargit, ad considerationem sui nullatenus colligit. De malo alieno os tuũ nõ coinquinas, Vitia tua, non aliena, attende. Quod inter se loquuntur homines, cognoscere nunquam desideres. Noli quærere quod quis dicat uel faciat. E uita curiositatem, omitte curam, quæ ad causam tuam non pertinet. Curiositas periculosa præsumptio est. Multi aliorum uitia discernunt, sua autem non aspiciunt: fa= cilius uitia quàm uirtutes uniuscuiusq; intendimus, nec quid bo ni operis quis gesserit, agnoscere, sed quod male gessit, perscrutamur.

De

Est autem sensus potentia passiua secundum beatũ Thomam p. q. 79. ar. 3. Sensus exteriores sunt tantũ quinq;. Visus. s. & auditus, olfactus, gustus, & tactus. Sensus interiores secundum aliquos quatuor sunt, licet secundum alios sint quinq;. s. Sensus communis, imaginatiua, phantasia æstimatiua, memoratiua, & sensitiua secundum eundem ibidem. q. 78. ar. 4. De quibus hic traduntur auctoritates, primò de simplici & recta intentione quæ est ad instar corporis oculus ad totum opus: inde de sensibus sicut materia exposcere uidebatur.



Ominus dicit in Euangelio Math. 6. *Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit. Si autem fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Ibi. 5. *Quod, si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proijce abs te. Expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum quàm corpus tuum totum mittatur in gehennam.* 1. Ioannis. 5. *Et scimus quoniam filius* Dei *uenit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus* Deum *uerum, & simus in uero filio eius.* Hic *est uerus* Deus, *& uita æterna.* Paul. ad Rom. 14. *Vnusquisq; in suo sensu abundat.* 1. Ad Corinth. 14. *Fratres nolite effici pueri sensibus, sed malitia paruuli estote: sensibus autem perfecti estote.* Ad Ephes. 4. *Non ambuletis sicut & gentes ambulant, in uanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à uia* Dei *per ignorantiam, quæ est in illis propter cecitatem*

Mathæus. Ioannes Apostol. Paulus.

cordis ipsorum. 1. ad Thessal. 2. Rogamus autem uos fratres ut non cito moueamini à uestro sensu, neq; terreamini, neq; per spiritum, neq; per sermonem, ne quis uos seducat ullo modo. Salom. Prouerb. 20. Aurem audientem, & oculum uidentem, Dominus fecit utrumq;. Sapient. 4. Cani autem

Salomon. sunt sensus hominis: & ætas senectutis uita immaculata. Fascinatio nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia. Ecclesiastes. 1. Non saturatur oculus uisu, nec auris auditu, impletur. Ecclesiastic. 14. Nequam est oculus inuidi, & auertens faciem suam, & despiciens animam suam. Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis non satiabitur, donec consumat arefaciens animam suam. Oculus malus ad mala, et non satiabitur pane indigens. Ibi. 21. Non est sensus ubi est amaritudo. Cantic. 2. Ostende mihi Domine faciem tuam: sonet uox tua in auribus meis. Vox enim

Item tua dulcis, et facies tua decora. Eccl. 9. In sensu sit tibi cogitatus Dei. Ibi. 19. Ex uisu cognoscitur uir, & ex occursu faciei cognoscitur sensatus. Ibi. 1. Bonus sensus usq; in tempus ascondet uerba; & labia multorum enarrabunt sensum eius.

August. August. lib. 10. Confession. Sunt enim oculi principes ad noscendum in sensibus. Idem de Doctr. Christia. Tutius auditur ueritas, quàm prædicatur, quoniam cum doctrina recipitur, humilitas custoditur. Quum disputatio uel prædicatio placet, uix

Hieronymus. est ut differentem non pulset quantulacunq; iactantia. Hieron.

Gregorius. Impudicus oculus impudici cordis est nuncius. Gregor. Moral. 31. Non debet intueri, quod non licet concupisci. Ibi. 27. lib. Nisi spiritus sanctus auditorum corda repleat, ad aures corporum, uox doctorum incassum sonat. Formare enim uocem magistri exterius possunt, sed hanc interius imprimere nō ualent.

Idem in homil. 15. super Matth. 13. Verba Dei quæ aure percipitis, mente retinete. Cibus enim mentis est sermo Dei, et quasi acceptus cibus in stomacho languente reijcitur, quando auditus sermo in uentre memoriæ non tenetur. Idem. 1. Moral. Verba Dei tunc uerius auris intelligit, quum in eis semetipsam quærit. Ambros. Super Beati immaculati. Quomodo possunt uerba Dei dulcia esse in faucibus, tuis, in quibus est amaritudo nequitiæ? Isidorus de Summo bono lib. 2. cap. 28. Non enim aliunde peccamus nisi uidendo, audiendo, attrectando, gustando atque tangendo. Vnde & alias dicitur. Intrauit mors per fœnestras nostras. Immundi quippè & extranei spiritus sunt, qui tanquam per portas ita per sensus carnis animam irrepunt, & eam illecebrando deuincunt. Ambrosius. Isidorus.

De Pulchritudine. Cap. XXXIII.

IN hoc cap. primo ponuntur auctoritates de Vir pulchritudine animæ, quæ uirtutibus ornata, & præcipue humilitatis uirtute, & Christi imitatione, qui semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, pulchra & decora efficitur. Inde de pulchritudine corporis, quæ aliquando fallax, & uana est, quam ne omnium malorum genera in nobis in crescant, omnino uitare debemus, eam uerò diligere pulchritudinem, quæ lætitiam spiritualem solet afferre.



Ioannes.

Paulus.



Ominus dicit in Euãgelio Ioan. 6. Spiritus est, qui uiuificat, caro autem non prodest quicquam. Paul. ad Philip. 2. Hoc sentite in uobis quod & in Christo Iesu: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus, est esse se equalem Deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens: in similitudinem hominum factus; & habitu inuentus ut homo. Ibi. 3. Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam uobis: nunc autem & flens dico inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus uenter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt: Nostra autem conuersatio in cœlis sit. Vnde expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ secundum operationem uirtutis suæ, qua possit subycere sibi omnia. Iudith. 10. Ampliauit illi Dominus pulchritudinem, ut incomparabili decore omnium oculis appareret. & pulchritudinem eius mirabantur nimis. Iob. 5. Ego uidi stultum firma radice, & maledixi statim pulchritudini eius. Ibi. 18. Deuoret pulchritudinem cutis eius, & consumat brachia illius primogenita mors. Dauid Psal. 95. Confessio & pulchritudo in conspectu eius, sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione eius. Salom. Prouer. 6. Quia mandatum lucerna est, & lex lux, & uia uitæ increpatio disciplinæ, ut custodiant te à muliere mala, & à blanda lingua extraneæ. Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius. Ibi 31. fallax gratia, & uana est pulchritudo;

Iudith.

Iob.

Dauid.

Salomon.

mulier timens Dominum ipsa laudabitur. Ibidem. 11. Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra & fatua. Ecclesiastic. 44. Homines diuites in uirtute pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis. Omnes isti in generationibus gentis suæ gloriam adepti sunt; & in diebus suis habentur in laudibus. August. de Ciuitate Dei lib. 15. Pulchritudo corporis bonum Dei donum est, sed propterea id etiam largitur malis, ne malum bonis uideatur bonum. Ambros. lib. 3. de Virginit. Iuuenem ueteres fabulæ ferunt, cum propter admirabilem oris pulchritudinem, in amorem incenderet fœminas, stigmatibus exarasse uultum suum, ne qua eum amare posset in hexamero. Deles picturam Dei mulier, si uultum tuum materiali candore oblinias, si exquisito rubore perfundas. Ambr. lib. 1. de Virginit. Neglecta decoris cura plus placet; & hoc ipsum, quòd nos non ornamus, ornatus est. Basil. Pulchritudo diligenda est fili, quæ lætitiam spiritualem consueuit infundere. Euitemus speciosas pulchritudines, ne omnium malorum genera in nobis irrogentur. Sapiens uir non considerat corporis decorem, sed animæ. Insipiens autem in carnalibus se detinet. Sapiens mulierem respuit gestiosam, Stultus autem concupiscens eam supplantatur. Prudens uir ab impudenti muliere auertit oculos suos, luxuriosus autem intuens eam, soluitur, ut cæra à facie ignis. Christus non in corporis, sed in animæ pulchritudine delectatur. Illa ergo tu diligas in quibus delectatur Deus. Hieron. ad Eustochium. Quid dicam de his, qui ambiunt ad sacerdotium? quibus cura est, ut uestes bene oleant, ut pes laxa pelle non sordeat, quibus ut crines calamistro rotentur; quibus ut digiti anulis radiant, & si uia humidior fiat, uix in

August.

Ambrosius.

Idem.

Basilius.

Hieronym.

eam pedes uestigia imprimant. Si uir uel mulier ornauerit se, & uultus hominum ad se prouocauerit; & si nullum inde sequatur damnum: iudicium tamen patietur æternum, quia uenenum attulit, si fuisset, qui biberet. Isidor. de Summo bono lib.3. cap.63. Gloriæ temporalis sequaces, & si nitidi sunt foris fulgore potentiæ, interius tamen uacui sunt elatione superbiæ. Sicuti calami exterius quidem nitent: sed interius uacuantur. Qui prætioso cultu incedunt, pro suaui odore fœtorem, & pro zona funiculum, & cætera habebunt. Cyprian. in lib. de habitu uirginum. Non uirgines tantum aut uiduas, sed & nuptas, puta, & omnes omnino fœminas admonendas, quòd opus Dei & facturam eius, & plasma adulterare nullo modo debeant, adhibito flauo colore uel nigro, puluere uel rubore, aut quomodolibet liniamenta natiua corrumpente medicamine, & subdit, manus Deo inferunt: quando illud, quod ille formauit, reformare contendunt.

Isidorus.

Cyprianus.

Nota

De indumentis. Cap. XXXIIII.

DE Indumentis spiritualibus primò citantur auctoritates, deinde de corporalibus, & quòd uestis nec satis munda, nec sordida, nec ulla diuersitate notabilis esse debet. Amictus enim corporis, risus dentium, & incessus hominis enunciant de homine.





Ominus dicit in Euangelio Math. 6. Ne sollici citi sitis animæ ueſtræ quid manducetis: neq; corpori ueſtro quid induamini. Nonne anima plus eſt quàm eſca, & corpus plus quàm ueſtimentum? Nolite ergo ſolliciti eſſe dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater ueſter, quia his omnibus indigetis. Lucæ. 3. Qui habet duas tunicas: det non habenti; & qui habet eſcas ſimiliter faciat. Ibi. 6. Ab eo qui aufert tibi ueſtimentum: etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te tribuas, & qui aufert quæ tua ſunt, ne repetas. Ibi. 7. Qui in ueſte prætioſa ſunt, & delitijs, in domibus regum ſunt. Apocalypſ. 3. Qui uicerit, ſic ueſtietur ueſtimentis albis: & non delebo nomen eius de libro uitæ. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum: ut locuples fias: & ueſtimentis albis induaris: ut non appareat confuſio nuditatis tuæ: & collyrio inunge oculos tuos ut uincas. Ibi. 16. Beatus, qui uigilat & cuſtodit ueſtimenta ſua: ne nudus ambulet, & uideant alij turpitudinem eius. Actus Apoſt. 12. Circunda tibi ueſtimentum tuum, & ſequere me. 1. Petr. cap. 3. Mulierum non ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri. 1. Paul. ad Timoth. 2. Similiter & mulieres in habitu ornato cum uerecundia & ſobrietate ornantes ſe: & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis; uel ueſte pretioſa: ſed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Ibi. 6. Nihil intulimus in hunc mundum: haud dubium; quia nec auferre quid poſſumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus, Geneſis. 35. Mundamini ac mutare ueſtimenta ueſtra.

Mathæus.

Lucas.

Apocalyp.

Act. Apoſt.

Petrus.

Paulus.

Geneſis.

Exodus. Exo. 19. Lauent populi uestimenta sua; & sint parati in
Tobias. diem tertium. Tobiæ. 1. Esurientes ale, nudisq; uestimen-
ta præbe, & mortuis atq; occisis sepulturam sollicitus exhi-
Iob. beas. Iob. 27. Si comportauerit impius, quasi terram ar-
gentum, & sicut lutum præparauerit uestimenta: præpara-
bit quidem; sed iustus uestictur illis, & argentum innocens
Salomon. diuidet. Salom. Eccle. 9. Omni tempore sint uestimenta tua
candida; & oleum de capite tuo deficiat. Ecclesiastic. 29. Ini
tium uitæ hominis aqua, & panis, & uestimentum, & do-
mus protegens turpitudinem. Ibi. 42. de uestimentis proce-
dit tinea: & à muliere iniquitas uiri. Ibi. 9. Auerte faciem
tuam à muliere compta: & ne circumspicias faciem alienam.
Ibi. 19. Amictus corporis, risus dentium, & incessus hominis
August. enunciant de homine. Augustin. ad Possido. Nolo ut de or
namentis auri, uel uestis properam habeas in prohibendo sen
tentiam, nisi in eis, qui neq; coniugati sunt, neq; coniugari
cupientes cogitare debent, quomodo placeant Deo. Idem lib.
de Serm. Domini. Animaduertendum est non in solo rerum
corporearum nitore atq; pompa, sed etiam in ipsis sordibus lu-
tosis esse posse iactantiam, & eò periculosiorem, quo sub no-
mine seruitutis Dei decipit. Quanta amentia est, effigiem
mutare naturæ, picturam quærere? tolerabiliora prope modum
in adulterio crimina sunt. ibi enim pudicitia, hic natura adul-
teratur. Vestis autem tibi pura circumdetur non ad pulchritu
dinem, sed propter necessarium tegumentum, nedum exqui-
sitis uestimentis indueris, in anima turpitudinem sumas.
Hieronymus Hieron. in Epist. ad Nepotia. Vestes pulchras æquè deuita
ut candidas: ornatus & sordes pari modo fugienda sunt:
quia alterum delitijs, alterum gloria redolet. Inter sericum,

teamina, quibus tibi uideris fulgidus & formosus, intellige te nudum, conscissum sordidum, mendicantem. In Epist. 24. Vestis nec satis munda, nec sordida, & nulla diuersitate notabilis, ne ad te obuians turba consistat, ne digito demonstreris. Nec effectatæ sordes, nec exquisitæ delitiæ Christiano conueniunt. Idem Epist. 72. Vestium sordes candidæ mentis indicia sunt. Plumarum mollities iuuenilia membra non foueat. Quicquid enim corpora nostra defendere potest, & humanæ imbecillitati succurrere, hæc una appellanda est tunica.

Ambrosius.

Ambr. lib. 1. de Virginit. Collum catena constringit, pedes compedes includunt. nil refert an corpus auro ligetur, an ferro. Si ceruix præmitur, si grauatur incessus, nil prætium iuuat: nisi quòd uos mulieres estis miserabiliores, quàm qui publico iure damnantur. Illi optant uiuos ligari, mulier sic ornata, est domus omnium demonum infernalium. Idem libr. 1. de Offic. Decor corporis non sit affectatus, sed naturalis, simplex, neglectus magis quàm expeditus, non pretiosis, & albentibus adiutus uestimentis: sed cõmunibus, ut honestati uel necessitati nil desit, nil accedat nitori. Gregor. in Homil.

Gregorius.

Sunt nonnulli, qui cultum subtilium pretiosarumq; uestium non putant esse peccatum. Quod uidelicet si culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam uigilanter exprimeret, quod diues, qui torquebatur apud inferos, bysso & purpura indutus fuisset. Quòd pro sola inani gloria uestimentum pretiosius quæritur; res ipsa testatur: quia nemo uult ibi pretiosis uestibus indui, ubi ab alijs non possit uideri. Nemo igitur pretiosa uestimenta quærit, nisi ad inanem gloriam, uidelicet, ut & cæteris honorabilior esse uideretur. Basi. Dum enim cultum conspicimus corporum, & corporis & animæ offendimus creatorem.

Basilius.

Isidorus. Isidor. de Summo bono lib. 3. cap. 63. Gloriæ temporalis sequaces, & si nitidi sunt foris fulgore potentiæ; interitus tamen uacui sunt elatione superbiæ. Ob hoc reprobi exterius ut calami nitidi: interius uerò uacui: electi uerò

Cyprianus. exterius quasi cortices fœdi: interius uerò solidi. Cypria. In lib. de habitu uirgin. Serico & purpura indutæ, Christum sincere induere non possunt, auro & margaritis adornatæ & monilibus, ornamenta mentis & corporis perdiderunt.

Effrem. Effrem. Ornatus quippè uestium indicat qualiter ea, quæ terrena sunt, sapiamus, & per studium clarioris amictus ab æterna claritate nudi esse dignoscamur. Lauare faciem, manus ac pedes impensius, seruos nos esse indicat uitiorum.

De Exemplo. Cap. XXXV.

EXemplum est alicuius facti uel dicti præteriti cum certi auctoris nomine propositio. Vel exemplum est quod sequi aut uitare debemus. Exemplar autem est quo aliud simile faciamus. Exemplum est res, quæ nobis imitanda proponitur, ut puta qui in Christum credimus, Christi sectemur exempla. Itaq; exemplar est ipse Christus, à quo sumitur exemplum. Nonnunquam tamen exemplum pro exemplari ponitur. De exemplo ergo siue exemplari affluenter in præsenti cap. citantur auctoritates.


Mathæus. Ominus dicit in Euangelio Math. 5. Non potest ascondi ciuitas supra montem posita, neq; accendunt Lucernam, & ponunt eam sub

modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coram omnibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in cœlis est. Ibi. 23. Super cathedra Moysi sederunt scribæ & pharisei: Omnia ergo, quæ dixerint uobis, seruate & facite: secundum uero opera eorum nolite facere. Ioann. 13. Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis: ita & uos faciatis. 1. Petri. 2. Si benefacientes patienter sustinetis: hæc est gratia apud Deum. In hoc enim uocati estis: quia & Christus passus est pro nobis: uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius Iacob. 5. Exemplum accipite fratres exitus mali, & longanimitatis & laboris & patientiæ prophetas, qui loquuti sunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. 1. Paul. ad Timoth. 4. Exemplum esto fidelium in uerbo, in conseruatione, in charitate, in fide, in castitate. Hæc meditare in his esto ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Ad Titum. 2. In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate. 1. ad Corinth. 19. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alys prædicauerim ipse reprobus efficiar. Ad Philippen. 4. Modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Tobiæ. 2. Hanc autem tentationem ideo Dominus uenire permittit, ut posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. 16. Tenuit ceruicem meam, confregit me Dominus: & posuit me sibi quasi in signum. Circumdedit me lanceis suis, conuulnerauit lumbos meos. Ibi. 17. Posuit me quasi in prouerbium uulgi: & exemplum sum coram eis. Salom. Prouer. 24. Exemplo didici di-

Petrus.

Iacobus.

Paulus.


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Auguſt. | Hieronym. | Ambroſius. | Gregorius

ſciplinam. Vſq; quo piger dormiam; uſq, quo de ſomno conſurgam. Eccleſiaſtic. 19. Putredo & uermes hereditabunt æbrioſum, & tollctur in exemplum maius, Auguſt. in lib. de Paſtorib. Qui in conſpectu populi malè uiuit, quantum in illo eſt, eum à quo attenditur, occidit. Omnis, qui malè uiuit niconſpectu eorum quibus præpoſitus eſt, quantum in ipſo eſt, occidit: & forte qui inuitatur, moritur: qui non inuitatur uiuit: & tamen quantum ad illud pertinet, ambo occidunt. Hieron. Epiſt. 9. Qui in Chriſtum credimus, Chriſti ſectemur exempla. Idem in Epiſt. ad Heliodorum. Domus epiſcopi, & conuerſatio, quaſi in ſpeculo poſita magiſtra eſt publicæ diſciplinæ, quicquid fecerit, id ſibi omnes faciendum putant. Ambroſ. ſuper Beati immaculati. Et inſitum bonis, ut caſtrum pudicus, prudentem ſapiens, miſericors liberalem affectu pio diligat, & uirtutes ſuas in alijs amet. In pleriſq; iuſti aſpectus iam monitio correctionis eſt, perfectioribus lætitia eſt. Gregor. lib. 10. Moral. Nullum ego conſilium melius dari arbitror, quàm ſi exemplo tuo fratrem docere ſtudeas, quæ oporteat fieri, prouocans eum ad meliora; & conſulens ei, neq; uerbo, neq; lingua; ſed opere, et ueritate. Qui enim uitam ſuam alios ſcire refugiunt, ſibimet ipſis accenſi ſunt: ſed alijs in exemplum luminis non ſunt. Hic enim qui exempla uirtutum prærogat lumen boni operis per uerbum & uitam iterantibus demonſtrat, ueræ lampades appellantur. Idem ſuper Ezechiel. homil. 5. Qui in occulto bene uiuit, ſed alieno profectui minime proficit: carbo eſt. Qui uero in imitatione ſanctitatis poſitus, lumen rectitudinis ex ſe multis demonſtrat, lampas eſt, quia & ſibi ardet, & alijs lucet. In exemplum culpa uehementer extenditur, quan-

do pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Ille igitur modis omnibus debet ad exemplum protrahi, qui à cunctis passionibus moriens iam spiritualiter uiuit. Isidor. de Summo bono lib. 2. cap. 11. Ad conuersationem seu correctionem mortalium multum prosunt exempla bonorum. Mores enim inchoantium non queunt proficere ad bene uiuendum, nisi perfectorum informentum exemplis patrum. Reprobi autem non attendunt documenta bonorum quæ imitentur in melius, sed proponunt sibi exempla malorum, quibus ad suorum morum peruersitatem utantur in peius. Ob hanc utilitatem sanctorum scribuntur ruinæ & reparationes, ut spem faciant salutis humanæ: ne quisquam post lapsum pœnitendo desperet ueniam, dum conspicit sanctorũ reparationẽ fuisse etiã post ruinam. Si prauorum sæpe sequuti sumus exempla: cur non imitemur sanctorum digna, & Deo placita facta? Et si apti fuimus imitari iniquos in malum, cur pigri sumus imitari iustos in bonum? Nulla igitur est de reatu excusatio, quia lex Dei ad aures nostras quotidie pulsat, & factorum documenta bonorum cordis nostri intima prouocant. Isidorus.

Cæsarius in admonitione secunda. Quantis exemplum ueræ humilitatis, & perfectæ charitatis ostenderis, cum tantis, & pro tantis æterna præmia possidebis. Cæsarius.



EST autem consilium appetitus inquisitiuus de nobis utilibus. uel est appetitus faciendi excogitata ratione. Unde consilium est inquisitio eorum tantum, quæ sunt ad finem operabilium à nobis non minimorum nec determinatorum. Reprehenduntur ergo in præsenti cap. qui sunt sine consilio & prudentia. Item consilium humanum, & impiorum, & monentur fideles consilium Domini apprehendere, quod manet in æternum, ut discant in omni opere Deum consulere, & id, quod rectum est, coram eo facere: peruersum autem ilico ab ipsorum anima amputare.

Deuterono.  Dixit Dominus in Deuteronom. 32. Gens absque consilio est, & sine prudentia: utinam saperent & intelligerent ac nouissima prouiderent. In Actib. Apost. Si est ex hominibus

Act. Apost. consilium, hoc autem opus dissoluetur: Si uero ex Deo est, non

Paulus. poterit dissolui. 1. Paul. ad Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare, quousque ueniant Dominus: qui & illuminabit abscondita tenebrarum; & manifestabit consilia cordium: &

Iob. tunc laus erit unicuique à Deo. Iob. 5. Deprecabor Dominum, qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat. Ibi. 21. Consilium impiorum longe

David. sit à me. Psal. 1. Beatus uir, qui non abijt in consilio impiorum, & in uia peccatorum non stetit. Psal. 32. Dissipat Dominus consilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum: reprobat consilia principum. Consilium autem Domini manet in æternum; cogitationes cordis eius in generatione &

generationem: Salo. Prouer. 2. *Consilium custodiet te*: *& prudentia seruabit te*. Ibi. 3. *Custodi legem atque consilium, & erit uita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis* Ibi. 11. *Vbi non est gubernator, populus corruet; salus autem ubi multa sunt consilia*. Ibi. 12. *Via stulti recta in oculis eius; qui autem sapiens est, audit consilia. Qui pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium*. Ibi. 13. *Inter superbos semper iurgia sunt; qui autem agunt omnia cum consilio reguntur sapientia. Astutus omnia agit cum consilio: qui autem fatuus est, aperiet stultitiam*. Ibi. 15. *Dissipantur cogitationes ubi non est consilium; ubi uero plures sunt consiliarij, confirmantur*. Ibi. 20. *Cogitationes consilio roborantur, & gubernaculis tractanda sunt bella. Sicut aqua profunda, sic consilium in corde uiri: sed homo sapiens exhauriet illud*. Ecclesiastic. 6. *Multi pacifici sint tibi: consiliarius sit tibi unus ex mille*. Ibi. 8. *Cum fatuis ne consilium habeas; nõ enim poterunt diligere nisi quod eis placuerit. Coram extraneo ne facias consilium*. Ibi 21. *Lingua sapientis quasi diluuium abundabit; & consilium illius sicut fons uitæ permanet*. Ibi. 22. *Sicut loramentum ligneum colligatum & fundamentum ædificij non dissoluetur, sic & cor confirmatum in cogitatione consilij*. Ibi. 27. *facienti nequissimum consilium super illud deuoluetur, & non agnoscet, unde ueniat illi*. Ibi. 32. *Sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis*. Ibi. 37. *A zelantibus te asconde consilium. Cum uiro religioso tracta de sanctitate, & cum iusto de iustitia. Cor boni consilij statue tecum; & ante omnem actum consilium stabile sit*. August. in tractat. de lapsu. *Quærimus consilium? habemus copiam non sapientis, sed ipsius sapientiæ, quæ Christus est*. Hieron. in lib. de homine perfecto.


Salomon. (margin) · August. (margin) · Hieronymus (margin)

Omnes ſumus in minimis cauti, in maximis negligentes. Hoc
Ambroſius. *itaq; ſit, quia ubi uera uita ſit, ignoramus.* Ambro. lib. 2.
de Offic. *Neceſſe eſt ut præſtantior ſit, à quo conſilium pe- titur, quàm ille ſit, qui petit. Qui enim conſulas hominem, quem non arbitreris poſſe melius aliquid reperire, quàm ipſe intelligis? Talis debet eſſe, qui conſilium dat: ut ſe ipſum formam alijs ad exemplum bonorum operum exhibeat in doctri na, in integritate: in grauitate: ut ſit eius ſermo ſalubris*
Gregorius. *atq; irreprehenſibilis, conſilium utile, uita honeſta, ſententia decora*, Greg. in Regiſtro lib. 1. *Nullus tibi fidelior ad conſi lium eſſe poteſt, quàm qui te, non tua diligit.* Idem in Moral. *Dare ſtulto conſilium, charitatis eſt: dare ſapienti, oſtentatio- nis: dare uerò tempore peruerſitatis, ſapientiæ. Conſiliato- rem amicum inhabitat, qui dolens de præſentibus ad æterna fe-*
Iſidorus. *ſtinat.* Iſidor. de Summo bono lib. 3. cap. 36. *Nil turpius eſt, quàm ſi bonum, quod quiſq; ſermone prædicat, explere opere negligat. Tunc enim utiliter prædicatio atq; conſilium profer tur, quando efficaciter adimpletur. Omnis utilis doctor plebi- bus ſubiectis ita ſe præſtare debet atq; inſiſtere doctrinæ, ut quanto claret uerbo, tanto clareſcat & merito.* Ibi. 37. *Qui bene docet & malè uiuit, æquatur cæreo qui bonam quidem alijs lucem præſtare: ſe uerò in malis ſuis conſumere & ex- tinguere uidetur. Ante factum cogita diu. Antè opus præme ditare diu. Quod uis agere diu exquire, diu proba: & ſic fa- cias. Cum diu cogitaueris fac quod probaueris.* Baſilius. *In omni opere tuo quod cogitas facere, primũ conſule Deũ. et ſi ſe cundum Deum eſt quod cogitas, diligenter examina: & ſi eſt rectum coram Deo perfice illud: Si uerò peruerſum fuerit re pertum, amputa ab anima tua.*

De Di-

De Disciplina, & increpatione. Cap. XXXVII.

IN hoc cap. citantur primò auctoritates de correctione fraterna. Est autem propriè corripere ostendere peccati turpitudinem hortando ad emendationem. Inde de ipsa disciplina atque increpatione. Est autem disciplina morum ordinata correctio, & maiorum praecedentium patrum regularum obseruatio. Vnde disciplina à discere dicitur, & disciplinosus, qui facilè discit. Hic disciplinosi & iusti salubriter accipiunt, quotiens de suis excessibus arguuntur: iniquis autem molesta est ueritas, & amara iustitiae disciplina.



DOminus dicit in Euangelio Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si autem non te audierit, adhibe tecum adhuc unum uel duos, ut in ore duorum uel trium stet omne uerbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiae. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Lucae. 17. Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & si poenitentiam egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te dicens, poenitet me: dimitte illi. Ioannes in Apocalyps. 3. Ego, quos amo, arguo & castigo. Iacob. 5. Si quis ex uobis errauerit à ueritate, & conuerterit quis eum, scire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiae suae saluabit animam eius à morte: et operit multitudinem

Matheus. Lucbas. Apocalyp. Iacobus.

Paulus. peccatorum. 1. Paul. ad Timoth. 5. Peccantes coram omnibus argue, ut & cæteri timorem habeant. 2. ad Timoth. 4. Prædica uerbum, insta oportune, importune argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina. 2. ad Thessalon. 3. uos autem fratres nolite deficere benefacientes. Quod si quis non obedierit uerbo uestro per epistolam hanc notate: & non commisceamini cum illo ut confundatur, & nolite quasi inimicum existimare: sed corripite ut fratrem. Ad Hebr. 12. Omnis autem disciplina in præsenti non uidetur esse gaudij, sed mœroris: postea fructum pacatissimum

Iudith. exercitatis per eam reddet iustitiæ. Iudith. 8. Non ergo ulciscamur nos pro his quæ patimur; sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse flagella Domini quasi serui, qui corripimur ad emendationem & non ad perditionem

Iob. nostram euenisse credamus. Iob. 5. Beatus homo qui corripitur à Domino. Increpationem ergo Domini ne reprobes: quia ipse uulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sa-

Dauid. nabunt. Psal. 93. Qui corripit gentes, non arguet: & qui

Salomon. docet hominem scientiam. Salom. prouer. 1. Audi fili mi disciplinam patris tui: & ne dimittas legem matris tuæ; ut addatur gratia capiti tuo. Ibi. 3. Disciplinam Domini fili mi ne obijcias: nec deficias cum ab eo corriperis. Quem enim diligit Dominus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Ibi. 4. Tene disciplinam nec dimittas eam. Ibi. 9. Noli arguere derisorem, ne oderit te: Argue sapientem, & diliget te. Ibi. 12. Qui odit increpationes, insipiens est: Qui autem diligit disciplinam, diligit & scientiam. Ibi. 10. Via uitæ custodienti disciplinam; qui autem increpationes relinquit, errat. Ibi. 13. Egestas & ignominia ei qui deserit

disciplinam: qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur. Ibi. 15. Stultus irridet disciplinam patris sui; qui autem custodit increpationes, astutior fiet. Ibi. 17. Plus proficit correctio apud prudentem, quàm centum plagæ apud stultum. Ibi. 28. Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum magis quàm ille qui per linguæ blandimenta decipit. Ecclesiastici. 10. Vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus. Ibi. 11. Priusquam interroges, ne uituperes quenquam: & cum interrogaueris, corripe iuste. Ibi. 19. Qui odit correptionem, minuetur uita. Corripe amicum. Sæpe enim fit commissio: & non in omni uerbo credas illi. Est correptio mendax in ore contumeliosi. Corripe proximum antequam commineris: & da locum timori altissimi. Ibi. 32. Peccator homo uitabit correptionem. Ibi. 21. Nam qui timet Deum, conuertetur ad cor suum. Aug. de uerbis Domini. sermo. 16. Amando debemus corripere, non nocendi auiditate, sed studio corrigendi. Si peccauerit in te frater tuus; quare illum corripis? quia doles quòd peccauit in te. Si amore tui id facis, nihil facis: si amore illius, optime facis. Ibidem. Quæ peccantur coram omnibus: coram omnibus corripienda sunt, ut omnes timeant. Qui secretò peccauit in te, secreto corripe: nam si solus nosti, & eum uis coram alijs arguere, non es corrector, sed proditor. Ibidem de Verbis Domini. Foris terribilis personet increpatio, intus lenitatis teneatur dilectio, neque consentientes sitis malis, ut approbetis: neque negligentes, ut non arguatis: æquè superbientes, ut insultanter arguatis. Idem de Charis

August.

tate. Sermon. 7. Non putes te amare seruum, quando eum non cædis: aut tunc amare filium, quando ei non das disciplinam; aut tunc amare filium tuum, quando eum non corripis; non est ista charitas, sed languor. Idem in Epist. ad Vincentium donatistam. Non omnis qui parcit, amicus est: nec omnis qui uerberat, inimicus: qui phreneticum ligat, & lethargicum excitat; ambobus molestus, ambos amat: ambos sanat: ambo quandiu ægri sunt, indignantur: sed ambo

Hieronymus. *sanati gratulantur. Hieron. Super illud ad Ephe. Magis arguite. Inter cætera mandata peccantes posse arguere, maximæ libertatis est. Sed ille potest facere, qui non meretur audire. Hypocrita eyce primùm trabem de oculo tuo. Idem ad Ripparium & habetur. 23. q. 8. Non est crudelitas crimina pro Deo punire, sed pietas. Idem super Epist. ad Titum. Quomodo potest præses ecclesiæ auferre malum de medio eius: qui in delictum simile corruerit. aut qua libertate corripere peccantem potest, cùm tacitus ipse sibi respondeat: eadem se admisisse, quæ corripit?*

Ambrosius. *Ambros. Super Lucam. Plus proficit amica correctio, quàm accusatio turbulenta. Illa pudorem incutit, hæc indignationem mouet. Idem super Epist. 1. ad Corinth. tractans illud. Modicum fermentum &c. Peccatum unius, quod cognitum non arguitur, multos contaminat. Imò omnes qui norunt, & non deuitant, aut cum possunt arguere dissimulant: Non enim sibi uidetur peccare, quando à nullo corripitur, uel uitatur. Leuiter castigatus exhibet reuerentiam castiganti: Asperitate autem nimiæ increpationis offensus, nec increpationem recipit nec salutem. Sustine æquanimiter ut infirmos, quos emendare non potueris, castigatos blanda pietate portabis; & qui increpari pro sua infirmitate*

non possunt, pro diuersitate peccandi alij portandi sunt, alij castigandi; quia modus diuersus est peccatorum. Gregor. *Tunc enim pro ter uos melius corrigimus, quùm ea quæ bene gessisse se credunt, malè acta demonstramus.* Gregor, *Ibidem.* Maior *culpa, quò citius, quia culpa est, agnoscitur, eò et celerius emẽdatur.* Minor *uerò dũ quasi nulla creditur, eò peius, quò et securius in usu tenetur. Iuuenes pl. rũq. seucritas ad monitionis ad profectũ dirigit: senes uero ad meliora opera deprecatio blãda cõponit.* Idẽ in Registro. *Qui nõ corrigit resecãda, cõmittit: et faciẽtis culpã habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare.* Manifesta *peccata non sunt occulta correctione purganda; sed palam sunt arguendi, qui palam nocent, ut dum aperta obiurgatione sanantur: hi qui eos imitando delinquerant, corrigantur.* Dum *enim unus corripitur, plurimi emendantur: & melius est, ut pro multorum salute unus condemnetur, quàm quòd per unius licentiam multi periclitentur. Sunt nonnulli, qui increpationis audiunt uerba, & ad pœnitentiam redire contemnunt: ut uel penè terreant quos præmia non inuitant.* Audiat *de regno quod amet; audeat de supplicio unus quisq; quod timcat: ut si amor ad regnum non trahit, uel timor minet.* Orige. *in leuiticum. cap. 33.* Non *uult te Dominus, si fortè uideris peccatum fratris tui, continuo euolare ad publicum, & proclamare passim, & diuulgare aliena peccata: quod esset utiq; non corrigentis, sed potiùs infamantis: solus inquit, inter te & ipsum, corripe eum: ubi enim seruari sibi mysterium uiderit, ille qui peccat, seruabit, & ipse emendationis pudorem. si uerò diffamari se uiderit, ilico ad denegandam impudentiam conuertetur, & non solum non emendaueris peccatum, sed & duplicaueris.* Isido. de Summo

Gregorius. In pastorali

Origenes

Isidorus.


bono. lib. 3. cap. 32. Non debet uitia aliena corripere, qui adhuc uitiorum contagionibus fuerit inuolutus. Improbum est enim arguere quicquam in alio, quod adhuc deprehendit in se ipso. Qui ueraciter fraternam uult corripere, & sanare infirmitatem, talem se præstare fraternæ utilitati studeat; ut eum, quem corripere cupit, humili corde admoneat: & hoc faciens ex compassione quasi communis periculi: ne forte & ipse similiter tentationi subyciatur. Sicut uiri spirituales alieni peccati emendationem expectant; ita proterui delinquentibus deridendo insultant; & quantum in ipsis est, insanabiles putant. Nec inclinant cor ad compatiendi misericordiam: sed superbientes detestantur, atque blasphemant. Pleriq; correctionem suam officiũ charitatis existimant: pleriq; uero hoc ipsum quod ex charitate corripiuntur, ad iniuriæ contumeliã trahunt. Vnde euenit, ut ex eo deteriores efficiantur, per quod emendari obedindo potuerunt. Salubriter accipiunt iusti, quotiens de suis excessibus arguuntur. Iniquis molesta est ueritas: & amara disciplina iustitiæ: nec delectantur nisi placentia propriæ imbecillitatis: iniustitiæ fœcundi, & steriles ueritati: cæ[ci] ad contuendam lucem, & oculati ad tenebrarum aspiciendum errorem. Nonnulli tantæ sunt prauitatis homines: qui dum ipsi à malo corrigi negligunt; corripientium uitam falsa criminatione detractant, & ad sui sceleris solatium usurpant, si uel falso compererint, quod ad infamiam bonorum obyciant. Ibi. 46. Qui blando uerbo castigatus non corrigitur; acrius necesse est, ut arguatur. Cum dolore enim sunt abscindenda, quæ leuiter sanari non poßunt: Qui admonitus de peccato secretè, corrigi negligit, publice arguendus est: ut uulnus, quod occulte sanari nescit, manifestè debeat emendari. Manifesta enim peccata

non sunt occulta correptione purganda. Palàm enim sunt arguendi, qui palam nocent. Sæpe ecclesiæ censura arrogantibus uidetur esse superba: & quod à bonis pie fit, crudeliter fieri putatur à prauis: quia non discernunt recto oculo quod à bonis recto fit animo. Ita contra delinquentes sermo est proferendus: sicut eius qui corripitur, expostulat salus. Si enim in nostris delictis clementes sumus: in alieno peccato rigorem tenere nequaquam debemus. Facilius reprehendimus uitia aliena quàm nostra. Nam sæpe quæ peruersa in alijs iudicamus: in nobis nocibilia esse minus sentimus, & quod in alijs reprehendimus, agere ipsi non erubescimus. Ibidem lib. 2. cap. 23. Omnino peccare cauendum est. Quòd si humana fragilitate peccatum subrepserit, confestim erit corrigendum, quod nequiter sentitur commissum. Cito enim corrigitur culpa, quæ cito cognoscitur: tardius autem sanatur uulnus, quod iam putrescentibus membris longo post tempore curationibus adhibetur. Ibi. lib. 3. cap. 2. Qui castigati corriguntur, ab æterna damnatione liberantur. Qui autem corrigi nolunt, & flagellari in hac uita incipiunt, & in æterna damnatione, percussioneq; damnantur.

De Risu, & Tristitia. Cap. XXXVIII.

Risus uox est confusa lætitiæ insultationem immoderata hilaritate denuncians. Vnde qui sic rident in præsenti, flebunt in futurum. At uir sapiens grauitate morum hilaritatem frontis temperat. Tristitia uerò apprehensio est disconuenientis in appetitu uel uoluntate nobis nolentibus euenientis. Et est tristitia, quæ secundum Deum pœnitentiam in salutem operatur, & est tristitia huius seculi, quæ mortem operatur.

Si qua ergo præsentis seculi tristitia est, propter Deum accipienda est. & si qua lætitia est, ita agenda est, ut nunquam amaritudo futuri iudicij recedat à memoria.

Mathæus. Ominus dicit in Euangelio Matth. 5. Beati qui nunc lugent; quoniam ipsi consolabuntur.

Lucas. Lucæ. 6. Ve uobis, qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. Ioan. 16. plorabitis & flebitis uos, mundus autem gaudebit, Vos autem contristabimini, sed tristitia uestra conuertetur in gaudium.

Paulus. 2. Paul. ad Corinth. 6. Ecce uiuimus, ut castigati, non mortificati. Quasi tristes, semper autem gaudentes. Sicut egentes multos autem locupletantes. Ibi. 7. Qui enim secundum Deum tristis est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Seculi autem tristitia mortem operatur. Ibi. 13. Gaudete & perfecti

Petrus. estote; exhortamini, id ipsum sapite. 1. Petri. 2. Hæc enim est gratia si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias

Iacobus. patiens iniustæ. Iacob. 4. Miseri estote & lugete, & plorate. Risus enim uester in luctum conuertetur, & gaudium

Baruch. in mœrorem. Baruch. 2. Anima quæ tristis est, super magnitudinem mali, & incedit curua & infirma, habens oculos deficientes & esurientes, ipsa dat gloriam & iustitiam domi-

Salomon. no. Salo. Prouer. 14. Risus dolore miscebitur: & extrema gaudij luctus occupat. Ibi. 15. Cor gaudens exhilarat faciem, & in mœrore animi deijcitur spiritus. Ibi. 17. Animus gaudens ætatem floridam facit, spiritus autem tristis exiccat ossa. Ibi. 25. Sicut tinea uestimento, & uermis ligno; ita tristitia uiri nocet cordi. Ecclesiastes. 7. Melior est ira risu: quia per tristitiam uultus corrigitur animus delinquentis. Cor

sapientum

sapientum ubi tristitia est: & cor stultorum ubi lætitia. Ecclesiastic. 14. Fœlix uir, qui non habuit animi sui tristitiam, & non excidit à spe sua. Ibi. 20. Quasi per risum stultus operatur scelus. Ibi. 21. Fatuus in risu exaltat uocem suam, uir autem sapiens uix tacitè ridebit. Ibi. 25. Omnis plaga tristitia est cordis. Ibi. 30. Tristitiam non des animæ tuæ. Iucunditas enim cordis hæc est uita hominis. Tristitiam repelle à te: Multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in illa. Ibi. 36. Cor prauum dabit tristitiam, & homo peritus resistet illi. Ibi. 38. A tristitia enim festinat mors: & cooperit uirtutem, & tristitia cordis flectit ceruicem. Ne dederis in tristitiam, cor tuum: sed repelle eam à te. Augustin. in lib. confession. Memoria quasi uenter est animi, lætitia uero atq; tristitia quasi cibus dulcis & amarus. Idem de conflictu uitior. Inepta lætitia dicit: ut quid animi gaudium intus abscondis? ingredere in publicum lætus, dic aliquid foris, unde uel tu uel proximi rideant, fac eos lætos tua lætitia. Melior est tristitia in iniqua patiente, quàm lætitia in iniqua faciente. Vir sapiens grauitate morum hylaritatem frontis temperat. Qui fœnerarius est in lætitia, perennis erit in pœna. Hieron. super Ioannem. Nulla res ita inebriat, ut animi perturbatio, idest tristitia, quæ ducit hominem ad mortem. hæc abominanda ebrietas est. Idem super Esaiam. Animi lætitia interdum corporis dolores mitigat, quod si ad ægrotationem corporis accedat ægritudo animi, duplicatur infirmitas. Ambros. Vis nunquàm esse tristis, bene uiue. bona uita semper gaudium habet. Greg. 12. Moralium. Dignum est itaq;, ut in se semper homo mœrorem inueniat, qui derelicto creatore gaudium in se quærebat. Iure restat, ut quot prius in mundo incolu

August.

Hieronym.

Ambrosius.

Gregorius


mes habuimus gaudia, tot de ipso post modum cogamur sentire tormenta. Præsentia enim gaudia sequuntur perpetua lamenta. Nemo etenim potest & hic gaudere cum seculo, & illic regnare cum Christo. Si qua tamen est præsentis seculi lætitia, ita est agenda ut nunquam amaritudo sequentis iudicij recedat à memoria. Idem lib. 28. Moralium. Solet lætitia arcana mentis aperire, atq; aperiendo amittere: aduersa uerò quum nos exterius deprimunt, interius cautiores reddunt.

Basilius. Basil. Noli dissolutis labijs proferre risum. Amentia nanque est cum strepitu ridere: sed subridendo tantum lætitiam mentis indicare. Nullum habebit accessum cordis compunctio, ubi fuerit immoderatus risus, aut iocus.

Isidorus. Isidor. de Summo bono lib. 2. cap. 36. Tristitiæ mœrorem spes æterni gaudij superat: & quem turbata mens de exterioribus afficit, dulcedo interioris tranquillitatis lenit. Tunc enim serui sancti ueracius à uitiorum collutione detergunt, dum ab eis contra singula uitia uirtutes singulæ opponuntur. Interdum uitia cum uirtutibus ad utilitatem confligunt; ut ipso certamine uel mens exerceatur: uel ab elationis concursu animus restringatur. Tristitiæ igitur gaudium, accidiæ fortitudo, auaritiæ largitas, superbiæ humilitas opponenda est, sicq; singulæ uirtutes nascentia contra se uitia reprimunt, ac tentationum motus uirtute diuinæ charitatis extingunt. Habeto temperamentum in prosperis: mentem nec gaudio, nec terrore commutes: & ad bona igitur & mala tempera cor tuum.

Cæsarius. Cæsarius. in admonitione secunda. Verum gaudium non possidetur, nisi pax & iustitia teneatur. Prima enim est, & quasi radix iustitiam: secunda pax: tertia gaudium. De iustitia nascitur pax, de pace gaudium generatur.

DE Itinere siue uia citantur auctoritates in hoc cap. Est autem uia locus per quem habere iter omnibus licet. Aliquando pro ipso itinere sumitur, hoc est pro ipso actu ambulandi. Via quippe est uita præsens, qua ad patriam tendimus, quæ ad instar corporalis uiæ parari debet per cordis contritionem, & pœnitentiam. Sunt quoque semitæ quæ proprie nominantur itinera secretiora & compendiosiora: id ergo per uiam iterum intelligi possunt præcepta: per semitas autem consilia, quæ directius ducunt ad Deum. Psal. 24. Vias tuas Domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.



DOminus dicit in Euangelio Matth. 7. Intrate per angustam portam, quia lata porta, & spatiosa est uia, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam: quam angusta porta, et arta est uia quæ ducit ad uitam, et pauci sunt qui inueniunt eam. Ibi. 10. In uiam gentium ne abieritis: & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues quæ perierunt domus israel. Apocal. 15. Magna & mirabilia sunt opera tua, Domine Deus omnipotens: iuste & ueræ sunt uiæ tuæ Dominæ rex sanctorum. Iacob. 1. Vir duplex animo inconstans est in omnibus uijs suis: & diues in itineribus suis marcescet. Ibi. 5. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ suæ, saluabit animam eius à morte, &

Matheus

Apocalyp.

Iacobus.

Petrus. operit multitudinem peccatorum. 2. Petr. Multi sequentur luxurias, per quos uia ueritatis blasphemabitur. Derelinquentes uiam rectam errauerunt: secuti uiam balaam, ex bosor, qui mercedem iniquitatis amauit. Paul. ad Roma. 11. Quàm incomprehensibilia sunt iudicia Dei: & inuestigabiles uiæ eius. Ad Ephes. 5. Videte iam fratres quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes. Ad hebr. 10. Quam initiauit Christus nobis uiam nouam et uiuentem per uelamen, idest carnem suam, & sacerdotem magnum super domum Dei accedamus cum uero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala: & abluti corpus aqua munda teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem. Ibi. 12. Remissas manus & soluta genua erigite: & gressus rectos facite pedibus uestris: ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur. Iob. 8. Nunquid uiuere potest scriptus absq; humore: aut crescere charectum sine aqua? Cum adhuc sit in flore nec carpatur manu ante omnes herbas arescit: sic uiæ hominũ qui obliuiscuntur Deum; & spes hypocritæ peribit. Ibi. 17. Tenebit iustus uiam suam: & mundis manibus addet fortitudinem. Ibi. 31. Nonne Deus considerat uias meas, & cunctos gressus meos dinumerat? Si ambulauero in uanitate, & festinauerit in malo pes meus: appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam. Baruch. 3. Si in uia Dei ambulaueris, habitabis utiq; in pace super terram. Ionæ. 3. Conuertatur uir à uia sua mala: & ab iniquitate, quæ est in manibus eorum. Zachariæ. 1. Conuertimini ad me, dicit Dominus: & ego conuertar ad uos. Conuertimini de uijs uestris malis, & cogitationibus uestris pessimis. Salo. prouer. 4. Ne delecteris in semitis impiorum; nec tibi placeat malorum

Margin notes: Iob. — Baruch. — Ionas — Zacharias. — Salomon.

uia. Iustorum autem semita quasi lux splendens procedit & crescit usq; ad perfectam diem. Viæ impiorum tenebrosæ sunt, & nesciunt ubi corruant. Oculi tui recta uideant: & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Dirige semitam pedibus tuis: & omnes uiæ tuæ stabilientur. Auerte pedem tuum à malo. Vias enim, quæ à dextris sunt, nouit Deus. Ibi. 5. Respicit Dominus uias hominum, & omnis gressus illorum considerat. Ibi. 11. Iustitia simplicis diriget uiam eius, & in impietate sua corruet impius. Ibi. 12. Inter impiorum decipiet eos. In semita iustitiæ uita: iter autem deuium ducit ad mortem. Ibi. 13. Iustitia custodit innocentis uiam: impietas autem peccatorum supplantat. Ibi. 15. Iter pigrorum quasi sæpes spinarum: uia autem iustorum absq; offendiculo. Ibi. 16. Omnes uiæ hominum patent oculis eius: spirituum ponderator est Dominus. Cum placuerint Domino uiæ hominis: inimicos quoq; eius conuertet ad pacem. Cor hominis disponit uiam suam: sed Domini est dirigere gressus eius. Ibi. 21. Vir impius procaciter obfirmat uultum suum: qui autem rectus est corrigit uiam suam. Ecclesiastic. 5. Non uentiles te in omni uento: & non eas in omnem uiam. Ibi. 8. Cum audace non eas in uia; ne forte graues mala sua in te. Ibi. 32. In uia ruinæ nō eas, & non offendas in lapides: nec credas te uiæ laboriosæ; ne ponas animæ tuæ scandalum. Ecclesiastes. 11. Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua: & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ: & ambula in uijs cordis tui: & in intuitu oculorum tuorum: & scito quòd pro omnibus his adducet te Deus in iudicium. August. Super psal. 118. Beati immaculati in uia, tanquam diceret, Scio quid uelis, quæris beatitudinem. Si ergo uis esse beatus, esto immaculatus. Melius est enim, perfectam Augus.

uitam quærendo in itinere mori; quàm ne profecisse quidem ad

Hieronymus *perfectam quærendam.* Hieron. in Epist. ad Celantiam. *Asperam nobis & insuauem uirtutum uiam nimia facit uitiorum consuetudo: quæ si in alteram partem transferatur, inuenitur semita iustitiæ leuis.* Greg. in moralibus.

Gregorius. *Via quippe est uita præsens, qua ad patriam tendimus, & id circo hic occulto iudicio frequenti perturbatione conterimur, ne uiam pro patria diligamus.* Quot dies uitæ peragimus, quasi in itinere ad locum propositum tot passibus propinquamus. *Præsentem uitam quasi uiam subigendo transimus. Stultus uiator est, qui in itinere amœna prata conspiciens obliuiscitur iter, quo tendebat. In offenso pede iter nostrum agitur, si Deus*

Isidorus. *ac proximus integra mente diligatur.* Isidor. de summo bono lib. 3. cap. 17. *Via sine offendiculo, uita monachi sine cupiditatis & timoris impedimento.* Ibi. 16. *Iusti qui rebus, honoribusq; ac uitæ blandimentis renunciat, proinde se ab omni terrena possessione mortificant, ut deo uiuant. Ideoq; seculi huius blanditias calcant: ut ualidiores ad uitam illam de huius uitæ mortificatione consurgant.* Ibi. 23. *Non declinat ad dexteram uiam, qui non sibi: sed Deo tribuit bona, quæ agit. neq; ad sinistram se uertit, qui de diuina indulgentia peccandi licentiam non præsumit. Hoc est quod* Propheta *ait. Hæc est uia, ambulate in ea: neque ad*

Cyprianus. *dexteram, neq; ad sinistram declinantes.* Cyprianus in Epist. de malignitate Dæmonis. *Lata & spatiosa itinera uiæ lætalis, illic illecebræ, & mortiferæ uoluptates: illic diabolus blanditur, ut fallat; arridet, ut noceat; allicit, ut occidat.*

De Relinquentibus seculum. Cap. XL.

IN hoc cap. adducuntur auctoritates de his, qui bene reliquerunt seculum. nam simul & mundum, & propriam uoluntatem propter Christum dimiserunt, & de alijs, qui licet diuitias aut alia, quæ mundi sunt, dimiserint, non tamen terrenis desiderijs & uoluptatibus renunciauerunt. Hinc est quòd multi diuitias reliquerunt & Dominum non sunt sequuti. Qui uult ergo Dominum sequi, imitator illius fiat, & per illius uestigia gradiri semper intendat.



Ominus dicit in Euangelio Matth. 18. et Luc. Omnis qui reliquerit domum uel fratres aut patrem, aut matrem: aut uxorem, aut filios propter nomen meum, centuplum accipiet, et uitam æternam possidebit. Idem Lucas. 20. Filij huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias: illi uero qui digni habebuntur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neq; ducent uxores, neq; enim ultra mori poterunt. Equales uero angelis sunt, & filij sunt Dei, cum sint filij resurrectionis. Iacob. 1. Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc est, uisitare pupillos, & uiduas in tribulatione eorum: & immaculatum se custodire ab hoc seculo. Ibi. 4. Quicunq; uoluerit amicus esse huius seculi inimicus Dei constituitur. An putatis quòd inaniter scriptura dicat. Ad inuidiam concupiscit spiritus, qui habitat in uobis? Maiorem autem dat gratiam. Paul. ad Roman. 12. Nolite conformari huic seculo; sed reformamini in nouitate sensus uestri, ut probetis quæ sit uoluntas Dei bona

Matheus. Luchas. Iacobus. Paulus.

& bene placens & perfecta. 1. ad Corinth. 6. An nescitis, quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt. Et si in uobis iudicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis iudicetis. Nescitis quoniam angelos iudicabimus: quantò magis secularia. Ibi. 7. Qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur. Præterit enim figura huius mundi. Ad Tit. 2. Apparuit enim gratia Dei, & saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos: ut abnegantes impietatem, & secularia desideria sobrie, iuste, & pie uiuamus in hoc seculo: expectantes beatam spem, & aduentū gloriæ magni Dei; & saluatoris nostri Iesu Christi. 1. Ioan. 2.

Ioannes Apostol. Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum non est charitas in eo. Quoniam omne quod in mundo concupiscentia carnis est: & concupiscentia oculorum & superbia uitæ: quæ non est ex patre, sed ex mundo est. Et mundus transit & concupiscentia eius.

Salomon. Salom. Ecclesiastes 9. Amor quoq; & odium, & inuidiæ simul pereunt: nec habent partem in hoc seculo: & in opere quod sub sole geritur. Ecclesiastic. 17. Conuertere ad Dominum, & relinque peccata. precare ante faciem Domini, & minue offendicula. Reuertere ad Dominum: & auertere ab iniustitia tua. In partes uade seculi sancti cum uiuis, & dantibus confessionem Deo. Ibi. 18. Ne fueris mediocris in contentione ex fœnore & non est tibi nihil in hoc seculo. Eris enim inuidus animæ tuæ. Ibi. 14. Testamentum huius mundi morte morietur.

August. August. ad Paul. Vtilius terrena opulentia tenetur humiliter, quàm superbè relinquatur. Idem de opere Monachor. Non propterea in Christiana militia ad pietatem diuites humiliantur, ut pauperes ad superbiam extollantur. nullo enim modo decet, ut in ea uita ubi senatores fiunt laboriosi, ibi fiant opifices otiosi: & quomodo

ueniunt

ueniunt relictis delitijs suis, qui fuerunt prædiorum domini, ibi sint rustici delicati. Ibi in regul. tertia. Quid prodest disper gendo dare pauperibus, , & pauperem fieri : si anima misera superbior efficitur diuitias contemnendo, quàm fuerat possidendo? Idem in Epist. Simpliciter autem fateor charitati ue-stræ coram Domino nostro Deo, qui est testis mihi super animã meam, ex quo Deo seruire cœpi, quoniam sicut difficile sum expertus non esse meliores, quàm qui in mundo profecerunt: ita non sum deteriores expertus quàm qui in mundo defecerũt. Hinc arbitror dictum in Apocalypsi: iustus iustificetur adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Hieron. ad Paulinum. 19. q. 1. Si cupis esse quod diceris, monachus. 1. solus: quid facis in urbibus. Idem super Matth. lib. 4. Latro est, & domum Dei conuertit in speluncam latronum: qui lucra de religione sectatur, cultusq; eius, non tam cultus Dei, quàm negotiationis occasio est. Idem in Epist. ad Marc. Pudet dicere de cauernis cellularum urbem damnamus in sacco & cinere ueluti de ipsis sententiam ferimus. Quid facit sub tunicã pœnitentis regius animus, qui alios uult regere, & alios iudicare: & à nemine regi, à nemine iudicari? Multi diuitias relinquentes uitia non relinquunt: Christum sequi cupiens si habes in potestate rem tuam uende: si uero non habes, magno onere liberatus es. Totum enim Deo dedit, qui sei psũm obtulit. Facile contemnit omnia qui se semper cogitat esse moriturum. Qui uult esse perfectus, multitudines hominum, & officia, & salutationes & cõuiuia quasi catenas fugiat uoluptatum. Vtinã quod renunciamus seculo uoluntas sit, non necessitas. Nũdum Christum, nudam Christi crucem nudus sequere. Dominus enim magis quærit animas credentium quàm opes. Idem super

Hieronymus.

X

Matth. Apostoli quantum ad diuitias nihil: quantum autem ad uoluntatem, totum mundum reliquerunt. Idem in Epist Apostolici fastigij perfectæq; uirtutis est, omnia simul uendere, & pauperibus erogare, & sic expeditum, cum Christo ad cœlestia uolare. Idem super illud Matth. Si uis perfectus esse uade & uende &c. Multi diuitias relinquentes Dominum non sequuntur. Sequitur autem Dominum qui imitator eius est, & per uestigia illius graditur. Ambros. Lib. I. de Offic. Dominus non uult simul effundi opes, sed dispensari, nisi fortè ut Eliseus boues suos occidit, & pauit pauperes ex eo, quod habuit, ut nulla cura teneretur domestica.

Ambrosius.

Qui uult Deum possidere renunciet mundo; ut sit illi Deus beata possessio. Nec renunciat mundo is, quem terrenæ possessionis delectat ambitio. Dum sua quisque non relinquit; mundo cuius bona retinet, seruit. Gregor. in hom. Super illud. Vos, qui reliquistis &c. Quisquis diuini stimulo amoris excitatus hæc possessa reliquerit, illic proculdubio culmen iudiciariæ potestatis obtinebit: ut simul iudex tunc cum iudice ueniat, qui nunc consideratione iudicij sese spontanea paupertate castigat. Idem in homil. 5. Multa, fratres, relinquitis, si terrenis desiderijs renunciatis, exteriora enim nostra, quamuis parua, Domino sufficiunt. cor nanq; et non substantiam pensat, nec perpendit quantum in eius sacrificio, sed ex quanto proferatur. Qui cœlestis uitæ dulcedinem inquantum possibilitas admittit, perfectè cognouerit, ea quæ in terris amauerat, libenter cuncta derelinquit. Quisquis igitur iam æternam uitam cognouit, apud eius animum temporales fructus uilescunt. Multa relinquitis, si desiderijs renunciatis. Exteriora etenim uestra Domino quælibet parua sufficiunt. Cor nanq; et non substan

Gregorius.

tiam pensat. Laboriosum non est homini relinquere sua: sed ualde laboriosum est relinquere semetipsum. Minus quippe est abnegare quod habet. Valde enim multum est abnegare quod est. Nihil nobis prodest abrenunciatio corporis sine abrenunciatione mentis. Sunt nonnulli, qui despectis carnis desiderijs cuncta relinquere pertractant: sed cum cecidisse etiam alios post boni operis uitia conspiciunt, hoc ipsum facere quod deliberauerant, permittescunt. Basil. Nulli studeas placere in uita tua nisi Deo soli. Sicut, qui militant, regi terreno omnibus iussis eius obediũt; sic & qui militant regi cœlesti debent custodire præcepta cœlestia. Miles terrenus contra hostem uisibilem pergit ad bellum, te cum uero hostis inuisibilis quotidie dimicando nõ desinit. Isidor. de Summo bono lib.3.ca. 16. Alieni sunt à Deo quibus hoc seculum ad omne cõmodum prosperatur. Seruis autem Dei cuncta huius mundi contraria sunt: ut dum ista aduersa sentiunt, ad cœleste desideriũ ardentius excitentur. Ea quoq;, quæ seculi amatoribus chara sunt, sancti uelut aduersa refugiũt. Plusq; aduersitatibus mundi gaudent, quàm prosperitatibus delectentur. Magna apud Deum refulget gratia, qui huic mundo contemptibilis fuerit. Nã reuera necesse est, ut quem mundus odit, diligatur à Deo. Sãcti uiri ideo cõtemnere cupiũt mundũ, et motũ mẽtis ad superna reuocare; ut ibi se recolligant, unde defluxerũt: et inde se subtrahãt, unde dispersi sunt. Iusti, qui rebus honoribusq; ac uitæ blãdimentis renunciant, proinde se ab omni terrena possessione mortificant, ut Deo uiuant. Ideo seculi huius blanditias calcant, ut ualidiores ad uitam illam de huius uitæ mortificatione consurgant. Cuncta quippè temporalia quasi herbæ uirentes arescunt et transeunt. Qui hunc mundũ diligunt, turbulentis eius curis, & solicitudinibus conturbantur, Ibi.17. Sancti

Basilius.

Isidorus

uiri seculo renunciantes, ita huic mundo moriuntur, ut soli Deo uiuere delectentur. Quantoq; ab huius seculi conuersatione se subtrahunt: tantò internæ mentis acie præsentiam Dei, & angelicæ societatis frequentiã contẽplantur. Dũ quisq; à cõsortio mũdi abstrahitur, nec cupiditas eũ obligat consentientẽ, nec cruciat sentientẽ. Bonũ est corporaliter remotũ esse à mundo: sed multò melius est uoluntate: utrunque uerò perfecte. Ille ergo perfectus est, qui huic seculo & corpore, & corde discretus est. Ibi. 18. Si ita quisq; renunciet, quæ possidet omnibus, ut suis non renunciet moribus: non est Christi discipulus. Qui enim renunciat omnibus rebus suis; sua abnegat. Qui uerò renunciat moribus prauis, semetipsum. s. abnegat. Ibi. 19. Longè quippè à Deo est animus, cui hæc adhuc uita dulcis est. Ibi. 21. Hi qui pro Dei timore seculo renunciant, & tamen curis rerum familiarium implicantur: quantò se rerum studijs occupant, tantò à charitate diuina se ipsos separant. Nisi prius à secretioribus cordis expellatur importuna secularium multitudo curarum, anima, quæ intrinsecus iacet, nequaquam resurgit. Multi cupiunt conuolare ad gratiam Dei, sed timent carere oblectamentis huius mundi. Prouocat quidem amor Christi, sed reuocat cupiditas huius seculi. Cæsarius in admonit. 28. Videte uocationem uestram fratres charissimi. uenire ad eremum summa perfectio est, non perfectè in eremo uiuere, summa damnatio est. Quid prodest si in loco quies teneatur, & inquietudo in corde seruetur? Si in habitatione sit silentium, & in habitatoribus uitiorum sit tumultus & colluctatio passionum? Si exteriora uestra serenitas teneat, interiora uerò tempestas? Idem in admonit. 25. Ad professionem nostram pertinet, subiectione & abiectione gaudere; paupertatis

Cæsarius.

studium quærere: & non solùm facultates, sed etiam ipsas uoluntates de cordibus eradicare. N*ihil enim habere interdum, res necessitatis est, nihil autem cupere uirtutis.* In Vita Patrum. *Qui diligit seculum, tristabitur plurimum: contemnens autem, quæ in eo sunt, lætabitur semper.* In uita Patr.

De Voto. Cap. XLI.

E*St autem uotum alicuius boni cum deliberatione* Deo *facta promissio. Dicitur autem uotum à uoluntate quasi à primò mouente rationem ad promittendum, de quo in præsenti cap. citantur auctoritates, & quòd ad uotum reddendum minime immorari debemus. Vouentibus autem castitatem, non solum nubere, sed etiam uelle damnabile est.*



Ominus dicit in Deuteronom. 23. Cum uoueris uotum Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia exquiret illud Dominus Deus *tuus.* Deuterono. *Numer. 30. Si quis uirorum Domino uouerit, aut se constrinxerit iuramento, non faciet irritum uerbum suum: sed omne, quod promisit, implebit.* Numeri. Baruch. *6. Si quis ex illis uotum uouerit, & non reddiderit, neque hoc requirit, hominem à morte non liberat: neque infirmum à potentiori eripit. Ionæ. 2. Ego autem in uoce laudis immolabo tibi: quæcunque uoui reddam pro salute mea Domino.* Baruch Ionas David Psal. 75. *Vouete & reddite.* Idem Psal. 115. *Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius.* Salom. Prouer. 15. *Victimæ impiorum abominabiles Domino:* V*ota iustorum placabilia.* Ibi. 20. *Ruina est homini deuotare sanctos:* Dauid. Salomon.

& post uota retractare. Ecclesiastes. 5. Si quid uouisti Deo, ne moreris reddere. Displicet enim ei infidelis & stulta promissio: Sed quodcunq; roueris redde. Multoq; melius est non uouere, quàm post uotum promissa non reddere. Augustin. in

August. Epist. ad Armentarium & paulinum. Quia iam uouisti, iam te adstrinxisti, aliud tibi facere non licet. Non talis eris, si non feceris quod uouisti, qualis mansisses, si nihil tale uouisses. Minor enim tunc esses non peior, modò autem (quod absit) miserior, si Deo fidem fregeris: quantò beatior, si persolueris? Idem. 17. q. 1. Sunt quædam, quæ etiam non uouentes debemus: quædam etiam, quæ nisi uouerimus non debemus. Sed postq; ea Domino promittimus, necessario reddere constringimur. Hieron. 17. q. 1. Vouentibus non solum nubere, sed etiam uelle

Hieronym. le damnabile est. Idem tractans illud Iudic. 11. Votum uouit. &c. In uouendo fuit stultus, qui discretionem non adhibuit, & reddendo impius. Gregor. super Ezechielem. 17. 91. Si post uo

Gregorius tum quisq; necessario cogitur soluere, quod uouit, si uouentibus non solùm nubere, sed etiam uelle damnabile est, patet, quòd sacerdos iste ad executionem sui uoti cogendus est: non solùm non fieri, sed etiam uelle monachum non fieri, sibi damnabile est. Votum enim pro opere reputatur. Isidorus lib. 2. soliloq.

Isidorus. & habetur. 22. q. 4. In Malis promissis rescinde fidem, in turpi uoto muta decretum. Quod incautè uouisti, non facias. impia est promissio quæ scelere adimpletur.

De Monachis. Cap. XLII.

Monachus is uerè dicitur, qui separatus uiuit ab hominũ conuersatione. Vnde monachus nõ ob id solùm dicitur,

quia uxorem non habeat, sed quia religionem Dei *& seruitium eius mancipatus est; & illius cura est, quomodo Deo, non seculo placeat, de cuius statu conditione & alijs ad fidelem perfectumq; monachum pertinētibus copiosæ trāduntur auctoritates.*



Icit Iacob. in Epist. cap. 1. Siquis putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam: sed seducens cor suum, huius uana est religio. Religio munda & immaculata apud Deum et patrem, hæc est. Visitare pupillos & uiduas in tribulatione eorum: & immaculatum se custodire ab hoc seculo. 2. Pauli ad Timot. 2. Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus; ut ei placeat, cui se probauit. Nam & qui certat in agone, nō coronabitur, nisi legitime certauerit. Sollicite autem cura te ipsum probabilem exhibere Deo: operariū inconfusibilem: recte tractantē uerbū ueritatis. Iuuenilia desideria fuge: sectare uero iustitiam fidem spem & charitatē cum his qui inuocant Dñm de corde puro. Seruū Dñi non oportet litigare: sed mansuetū esse ad oēs, patientē, et cū modestia corripientē oēs q resistunt ueritati. Idē ad Titū 2. Abnegātes nos impietatē et secularia desideria, sobriè, iustè, et piè uiuamus in hoc seculo: expectātes beatā spem, & aduentum gloriæ magni Dei et saluatoris nostri Iesu Christi. Salom. Prou. 16. Semita iustorū declinat mala: Custos aūt animæ suæ seruat uiā suā. Ecclesiastici 1. Timor Dñi scientiæ religiositas. Religiositas custodiet et iustificabit cor: iucunditatem atq; gaudiū dabit. Ibi. 37. Cū religioso tractā de sanctitate: et cū iusto de iustitia. August. ad Aurelianum. 16. q. 2. Nimis dolendum est, si ad tam ruinosam superbiā monachos subrigimus, & tā graui contumelia clericos dignos putamus: ut scia

Iacobus. Paulus Salomon. August.

licet dicatur, quòd malus monachus bonus clericus est, cum aliquando bonus etiam monachus uix bonum clericum faciat. Idem de opere Monachor. Amputetis occasionem turpium nundinarm, quibus existimatio uestra læditur, & infirmis offendiculum ponitur, & ostendite hominibus non uos in otio facilem uictum, sed per angustam et arctam uiam regnum Dei quærere.

Hieronymus. Hieron. super psal. sicut martyres laudant Deum purè in regione uiuorum: ita & monachi, qui die ac nocte psallunt Deo, debent eandem puritatem habere martyrum, siquidem ipsi martyres sunt. Quod enim faciunt angeli in cœlis, hoc monachi faciunt in terris. Idem in Epist. Si cupis esse quod diceris monachus, idest solus, quid facis in urbibus, quæ utiq; non sunt solorum habitacula, sed multorum? Quanti enim monachi, dum, patri matriq; miserentur, suas animas perdiderunt? ad Heliodorum. Constat monachum in sua patria perfectum esse non posse. Nunquam de ore monachi turpis aut, lasciuus sermo egrediatur. His enim signis libidinosus animus ostenditur. Et per exteriorem hominem interioris hominis uitia demonstrantur. Monachus sit uigil sensu, ne uanis cogitationibus polluantur. Episcopi imitentur apostolos: & monachi perfectos patres: ut quorum honorem possident, habere nitantur & meritum. Monachus habeat simplicitatem columbæ, ne cuiquam machinetur dolos. Habeat & serpentis astutiam, ne aliorum supplantetur insidijs. Monachus teneat humilitatis uestigium. Monachus, qui Christum desiderat, nihil aliud dignatur aspicere: sed est ei cella pro paradiso. Variarum scripturarum poma decerpit. His utitur delitijs: harum fruitur amplexu. Ille uerus est monachus, qui aurum contemnit, & scripturas sectatur. Et dum in paupertatem inciderit, ornatior in

stat

stat ornatu. Monacho spirituali expetenda est solitudo: & urbis habitatio fugienda. Non quæras in monacho linguæ nitorem: sed animæ pietatem. Idem ad Riparium & Desiderium. 16. q. 1. Monachus non docentis, sed plangentis habet officium: qui uel se uel mundum lugeat, & Domini pauidus præstoletur aduentum. Flos quidem & pretiosus lapis inter ecclesiastica ornamenta monachorum & uirginum chorus est. Greg. super illud. Iob. Cui dedi in solitudine domum. Qui corpore remotus uiuit, sed tumultibus conuersationis humanæ terrenorum desideriorum cogitatione se inserit, non est in solitudine. Si uerò prematur aliquis corporaliter popularibus turbis, & tamen nullos secularium curarum tumultus in corde patiatur, nõ est in urbe. Idem in Moral. Quia terreni principes magna se Deo humilitate substernunt, praui homines ideò ad fraudis argumenta uertuntur: quia illos reuereri conspiciunt, ipsi cultum religionis assumunt: & bonorum uitam sub despectis uestibus, iniquis operibus premunt, mundi quippe dilectores sunt, qui hoc in se, quod homines uenerantur, ostendunt. Monachus, qui in terra possessionem quærit, monachus non est. Tunc se quisq; monachum iudicet, cùm se cunctis minimum æstimauerit. Basil. Cœlestem gratiam accipit monachus, qui terrenos actus à semetipso proijcit: nec implicat se negocijs secularibus militans Domino. Isidor. de Summo bono. lib. 3. cap. 19. Qui non rigida intentione monachi professionẽ sectantur, quantò superni amoris propositum dissolutè appetunt, tantò procliuius ad mundi amorem denuo reducuntur. Professio enim non perfecta præsentis uitæ repetit desideria: in quibus & si nondum se monachus alliget opere; iam tamen alligat cogitationis amore. Ibi. 20. Summa uirtus monachi humilitas: & summum

Gregorius.

Isidorus.

Basilius.

Isidorus.

uitium eius superbia est. Tunc autem se quisq; monachum iudicet: quando se minimum existimauerit: etiam cum maiora uirtutum opera gesserit. Ibi. 21. Vir spiritualis ita prodesse debet suæ propinquitati: ut dum illis gratiam carnis præstare studet, ipse à spirituali proposito nequaquam declinet. Multi enim monachorum amore parentum non solùm terrenis

In vita Patr. *curis, sed etiam forensibus iurgijs inuoluuntur: & pro suorum temporali salute suas animas perdiderunt.* In Vita Patr. *Monachus non ob id solùm dicitur, quia uxorem non habeat; sed quia ad religionem Dei & seruitium eius mancipatus est; & illius cura est, quomodo Deo, non seculo placeat. Monachus si uentrem suum & linguam continuerit, & uagationem non fecerit, confidat; quia non morietur in æternum. Monachus multum edens, & multum operrans, non confidat in hoc. Qui autem parum edit, etiam si parum operetur, confidat & uiriliter agat: non enim perdet mercedem. Melior est secularis mansuetus, quàm monachus animosus & iracundus. Monachus bilingius conturbat fratres: fidelis autem requiem adducit. Pallor enim cum humilitate & facies decus est monachi. Si potueris iniuriari, & affici conuitijs, & portare ac tacere, magna est hæc res super alia mandata.*

Effrem. Effrem. *Sicut lampas lucida in loco tenebroso refulgens: sic monachus mente sobria in corde peruigili tempore psalmodiæ suæ & orationis. Sicut pondus salis deprimit infirmum; sic somnus monachum in oratione. Sicut uermis corrumpit lignum; sic inuidia corrodit atque corrumpit animam monachi. Sicut tinea exterminat uestimentum; sic detractio animam monachi.*



Vcusq; Monalde mi obseruaſt. Doctor eximius de Virtutibus auctoritates citauit, quanquã et de aliquibus uitijs oppositis illis uirtutibus sermonem fecerit: nunc de Vitijs ipsis in generali incipit peragere. Inde descendit ad quædam particularia, ut inferius uidere poteris.

VItium, prauus actus, turpis actio, prauitas animi, labes animi, morbus animi uel corporis prauitas uel deformitas, antitheton sanitas, Vitium propriè dicitur quod uirtuti opponitur à uito quod uitandum sit, ac fugiendum. Vnde uitium est quoddam genus ad peccatum quod est actus deuians ab ordine debiti finis, contra regulam naturæ, rationis, uel legis æternæ. Vel peccatum est dictum uel factum uel concupitum contra legem æternam. In præsenti ergo cap. citantur auctoritates de Vitijs unde ortum habeant, de peccato ueniali, de peccato mortali eiusque seruitute & pœna. de peccato primi hominis, quod originale dicitur, & de omnibus alijs uitiorum atq; peccatorum materiam continentibus.



Ominus dicit in Euangelio Marc. 7. Abintus enim de cogitatione hominum cogitationes malæ procedunt. Adulteria, fornicationis, homicidia, furta, auaritiæ, nequitiæ, impudicitiæ, dolus, oculus malus, blasphemiæ, superbia, stultitia. Omnia hæc mala ab intus procedunt, & coninquinant hominem. Luc. 8. Non est occultum, quod non manifestetur: *Marcus.* *Luchas.*

nec absconditum, quod non cognoscatur, & palam ueniat.

Ioannes. Ioann. 8. Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. 1.

Petrus Petri. 3. Qui uult uitam diligere, & dies uidere bonos, coerceat linguam suam, à malo; & labia eius ne loquantur dolum. Declinet autem à malo, & faciat bonum: inquirat pacem & persequatur eam: quia oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum: uultus autem Domini super facientes mala. 1. Ioann. cap. 1. Si dixerimus quòd peccatum non habe-

Ioannes Apostol. mus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Ibi. 3. Omnis, qui facit peccatum, & iniquitatem facit: Et peccatum iniquitas est. Qui facit peccatum, ex diabolo est: quoniam ab initio diabolus peccat. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, &

Iacobus. non potest peccare: quoniam ex Deo natus est. Iacob. 1. Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum uerò cum consumatum fuerit, generat mortem. Ibi. 2. Quicunq; totam legem seruauerit, offendat autem in uno, fa-

Paulus ctus est omnium reus, Paul. ad Roman. 5. Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Ibi. 6. Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore; ut obediatis concupiscentijs eius. Ibi. 8. Corpus quidem mortuum est propter peccatum: spiritus uerò uiuit propter iustificationem. 1. ad Corinth. 6. An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare, neq; fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnum Dei possidebunt. ad Galath. 6. Nolite errare, deus non irridetur. Quae enim semi-

nauerit homo, hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu metet uitam æternã: ad hebr. 10. Voluntarie peccãtibus nobis post inceptam notitiam ueritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia. Terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Genesis cap. 4. *Non ne si bene egeris recipies? Si autem male: statim in foribus peccatum tuum aderit.* Numeri, cap. 4. *Cur, inquit Moyses, transgredimini uerbum Domini, quod uobis non cedet in prosperum?* Ibi. 15. *Anima quæ per superbiam aliquid commiserit, quoniam aduersus Dominum rebellis fuit, peribit de populo suo. Verbum Domini contempsit, & fecit irritum: idcirco, delebitur, & portabit iniquitatem suam.* Esdræ, cap. 10. *Ecce pene omnes in perditionem ambulant, et exterminium fit multitudo eorum.* Ibi. 15. *Ve eis, qui peccant, et non obseruant mandata mea, dicit Dominus.* Tobiæ 4. *Caue ne aliquando peccato consentias: & prætermittas præcepta Domini Dei nostri.* Ibi. 12. *Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ.* Iob. cap. 4. *Recordare obsecro te, quis unquam innocens perijt, aut quando recti deleti sunt? Quin potius uidi eos, qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos, flante Deo perijsse, & spiritu iræ eius esse consumptos.* Idem Ezechiel, cap. 18. *Aĩa, quæ peccauerit, ipsa morietur.* Iob. cap. 36. *Caue ne declines ad iniqtatẽ.* Hiere. ca. 5. *Iniqtates nostræ declinauerũt hæc et peccata nostra prohibuerũt bonum a nobis.* Daniel. 9. *Finẽ accipiat peccatũ, et deleatur iniqtas, et adducatur iustitia sempiterna.* Dauid. psal. 30. *Erubescant impij, & deducantur in infernum, muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iu-*

Genesis. Numeri. Esdræ. Tobias. Iob. Hieremias. Daniel. Dauid.

stum iniquitatem in superbia, & in abusione. Psal. 51. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua, sicut nouacula acuta fecisti dolũ. Dilexisti malitiam super benignitatem: iniquitatẽ magis, quàm loqui aequitatem. Dilexisti omnia uerba praecipitationis, lingua dolosa. Propterea Deus destruet te in finem, euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra uiuentium. Psal. 54. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Psal. 91. Nolite sperare in inquitate, & rapinas nolite concupiscere. Diuitiae si affluant, nolite cor apponere. Psal. 98. Sicut deficit fumus deficiant: Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. Psal. 93. Reddet iniquis iniquitatem ipsorum, & in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos Dominus Deus noster. Psal. 103. Deficient peccatores à terra; & iniqui, ita ut non sint. Psal. 144. Custodit Dñs oẽs diligentes se: et oẽs peccatores disperdet. Salom. Prouer. cap. 4. Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum uia: fuge ab ea: nec transeas per illã, declina et deseras eã. Nõ enim dormiũt nisi cũ malefecerint, et non capitur somnus ab eis, nisi supplantauerint. Comedunt panem impietatis, & uinum iniquitatis bibunt. Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corruant. Ibi. 5. Iniquitates suae capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Ipse morietur; quia non habuit disciplinam, & in multitudine stultitiae suae decipietur. Ibi. 14. In malitia sua repelletur impius: sperat aũt facit iustus in morte sua. Iustitia eleuat gentem: miseros autem populos peccatum. Ibi. 18. Impius cum in profundum uenerit peccatorum contemnit, sed sequitur eum ignominia & opprobrium. Ibi. 20. Quis potest di-

Salomon.

cere, mundum est cor meum, purus sum à peccato? Ecclesiastic. 5. Ne dixeris, peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor. De propitiato peccato noli esse sine metu. Neq; adycias peccatum super peccatum, & ne dicas miseratio Domini magna est; & Multitudinis peccatorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo cito proximant: & in peccatores respicit ira illius. Ibi. 12. Altissimus peccatores odio habet, & impyjs reddet ad uindictam. Ibi. 21. Quasi à facie colubri fuge peccata; & si accesseris ad illa, suscipient te. Ibi. 26. Qui transgreditur à iustitia ad peccatum, Deus parauit eum ad trompheam. August. in lib. de Baptismo paruulorum. Si quæratur à me, utrum homo sine peccato esse possit in hac uita? confiteor posse per Dei gratiam & liberum arbitrium. Idem de Ecclesiastic. dogmati. Nullus sanctus & iustus caret peccato, nec tamen ex hoc desinit esse iustus, uel sanctus, cùm effectu teneat sanctitatem. Idem Super Ioannem. Peccatum nihil est, & nihil fiunt homines cùm peccant. Idem super psal. 5. Non regnet peccatum in uestro mortali corpore, non dicit non sit: sed non regnet. Inest peccatum, cùm delectaris: regnat, cum consenseris. Idem in Enchiridion. Peccata quamuis magna & horrenda, cùm in consuetudinem uenerint, aut parua esse, aut nulla creduntur, usque adcò, ut non solùm occultanda, uerum etiam prædicanda diffamandáq; uideantur. Nulla caro exultat in Deo, quæ uiuit in uitys. Hieron. ad demetriadem. Tibi non tam expellenda sunt uitia, quàm refellenda. Quid utique facilius est, non suscipere quàm suscepta semel deponere: nec eorum tanta dulcedo est, ut ea debeamus præferre uirtutibus, cùm nec in omnibus sit delectationis

illecebra, & à plerisq; etiam ea, quæ uidentur dulcissima, res, spuantur. Duo sunt ex omnibus uitia, quæ maximè homines decipiunt sui uoluptate, gula, scilicet ac libido, quæ deponere eò difficilius est, quò eis uti dulcius est, & hæc uitia tam molesta, tamq; delectatione sui periculosa: ita à multis calcari uidimus, ut tota ætate sua uirgines permanserint in sua abstinentia, ut de illis taceam, qui post delitiarum longum luxum, & inueteratum usum libidinis, & castitati ac temperantiæ se dederunt: & utriusq; uitium contraria sibi uirtute mutauerunt. Aliorum uitiorum est longè diuersa ratio, quæ cum nihil iucunditatis, sed multum amaritudinis habeant: quæ cùm ad uitandum sint faciliora, rarò tamen à quibus uitentur inuenies. Non purgantur uitia mala, nisi comparatione uirtutum: Malæ arboris nodo malus clauus aut cuneus infigendus est. Non poterunt in die iudicij aliorum uirtutes, aliorum uitia subleuare. Circundati enim uitijs non possunt uidere uirtutes. Omne uitium expelle ab anima tua, ut uirtutes animi conseaqui possis. Nos uero amore uirtutum uitia superemus, Idem super psal. 80. Cui Deus uenter est, ei Deus recens est. Quæcunq; uitia habemus, & quotcunq; peccata, tot recentes habemus Deos: Iratus sum, ira mihi Deus est. Vidi mulierem, & concupiui; libido mihi Deus est. Vnus quisq; enim quod cupit & ueneratur, hoc illi Deus est. Ambrosius Ambr. de Iacob. lib. 2. *Prauæ conscientiæ seruit quicunq; uel metu frangitur, uel delectatione irretitur, uel cupiditatibus ducitur, uel indignatione exasperatur, uel mœrore deijcitur: seruilis est enim omnis passio. Quia facit peccatum, seruus est peccati: & quod peius est, multorum seruus est, qui multis uitijs subiectus est, ita ut seruitio ei exire uix liceat.* Gregorius Gregor. in Moral.

ral. Si forti nos studio contra uitiorum incentiua stringimus; ipsa etiam uitia ad usum uirtutis immutamus. Nonnullos nanq; ira possidet: sed hanc ad defensionem iustitiæ in uocem liberæ auctoritatis immutant. Nonnullos fortitudo carnis illecebrat, sed dum exercendis pijs operibus corpus subdunt, unde iniquitatis stimulum passi sunt, inde pietatis lucra merentur. Prima uitia deceptæ menti quasi sub quadam ratione se ingerunt. Ibidem. *Sed quæ sequuntur, dum mentem ad omnem insaniam protrahunt, quasi bestiali clamore mentem confundunt. Capitalia uitia tanta sibi coniunctione coniunguntur, ut non nisi unum de altero proferatur. prima nanq; superbiæ soboles inanis est gloria, quæ dum oppressam mentem corruperit, mox inuidiam gignit: quia nimirum dum uani nominis gloriam appetit, ne quis hanc alius adipisci ualeat, tabescit inuidia, iram generat: quia quantò interno liuoris uulnere animus sauciatur, tantò etiam mansuetudo tranquillitatis amittitur. Ex ira tristitia oritur: quia turbata mens quo inordinatè se concutit, eò adyciendo confundit, tristitia ad auaritiam deriuatur: quia dum confusum cor, bonum lætitiæ in semetipso intus amisit, unde consolari debuerat, foras quærit, & tantò magis exteriora bona adipisci desiderat, quantò gaudium non habet, ad quod intus recurrat.* Idem lib. 24. Moral. cap. 12. *Peccatum quod ex peccato oritur; non iam peccatum tantummodo, sed peccatum & pœna peccati: quia iusto iudicio omnipotens* Deus *cor peccantis obnubilat, ut præcedentis peccati merito etiam in alia cadat: ut qui malum sciens perpetrat, deinceps iustè in alia etiā nolēs cadat.* Idem in homi. *Vsitata culpa obligat mentem, ut nequaquam surgere possit ad rectitudinem, conatur, & labitur. Quia ubi sponte diu persistit, ibi & cùm noluerit, cadit.*

Isidorus. *Isidor. de summo bono lib. 2. cap. 32.* Recedens homo à Deo, *statim uitiorum traditur potestati: ut dum patitur in sesta uitia, reuertendo unde ceciderat, resipiscat. Satis delicatè se palpat, qui uult, sine labore uitia superare: dum peccati legem, quam sibi deseruiendo uitijs fecit, sine uiolentia doloris resecare non possit. Perfectè renunciat uitio, qui occasionem euitat in perpetrando peccato. Nonnunquam hominem sua uitia persequuntur: quia nimirum qui prius uolendo ea sibi fecit socia: postea sentit etiam nolens stimulosa. Ibi. 33.* Duplicati *est criminis reus, qui & admittit scelera per uoluntatem, & defendit ea per contumaciæ tumorem. Sic uitio uitium gignitur, sicut uirtus uirtute concipitur.* Vitia *enim sic inuicem sibi succedunt, ut dum unum abierit, succedat aliud.* Veraciter *autem sanantur uitia, quæ uirtutibus, & non uitijs excluduntur. Ibi. 35.* Vitia*, quæ statim uirtutibus contraria apparent, citò dum in palam uenerint, emendantur. Ibi. cap. 18.* Non *solùm grauia: sed & leuia sunt cauenda peccata.* Multa *enim modica unum grande efficiunt.* Tantò *enim maius cognoscitur esse peccatum, quantò maior, qui peccat habetur. Ibi. 19.* Multi *à crimine in crimen corruunt, quia* Dei *cognitionem habentes, timorem eius negligunt: & quem nouerunt per scientiam, per actionem non uenerantur. Ibi. 23.* Melius *est peccatum cauere, quàm emendare.* Facilius *enim resistimus hosti, à quo non dum uicti fuimus, quàm ei à quo iam superati ac deuicti cognoscimur.*

Cæsarius *Cæsarius.* Vitia *enim nostra hostes nostri sunt.*

In uita Patr. *In* Vita Patrum. *Sicut pinguis terra germinat, quod absconsum est in ea; sic & caro pinguis producit uitium.*

De Superbia. Cap. XLIIII.

EST autem superbia peruersæ celsitudinis appetitus, uel est amor propriæ excellentiæ. Appetitus enim excellentiæ rectus est magnanimitatis: excedens est superbia, deficiens est pusillanimitatis. Vnde superbia propriè respicit defectum subiectionis hominis ad Deum secundum quòd aliquis se extollit supra id quod est sibi præfixum secundum diuinam regulam uel mensuram. Ad fugiendum autem & euitandum hanc pestem in hoc cap. de superbia, eius origine, malis & pœna copiosissimæ traduntur auctoritates.



DOminus dicit in Euangelio Lucæ. 14. Omnis qui se exaltat humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Ibi. 16. Quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum. Lucas.
Ibi. Dispersit Dominus superbos mente cordis sui, et exaltauit humiles. 1.Petri. 5. Oēs inuicem humilitatem insinuate. Quia Deus superbis resistit, humilibus aūt dat gratiā. Paul.ad Ro.11. Noli altū sapere, sed time. ad Titū 1. Oportet episcopū sine crimine eē sicut Dei dispēsatorē, nō superbū, nō iracundū, nō uinolentū, nō percussorē, nō turpis lucri cupidū, sed hospitalē, benignū, sobriū, iustū, sanctū, cōtinentē, āplectentē eū, q secundū doctrinā est, sermonē fidelē: ut potēs sit exhortari ī doctrina sana: et eos, q cōtradicūt, arguere. Numeri. 15. Aīa quæ per superbiā aliqd cōmiserit, quoniā aduersus dn̄m rebellis fuit, peribit de populo suo. Tobiæ. 4. Superbiā nunq̄ in tuo sēsu, aut in tuo uerbo dn̄ari permittas. In ipsa.n. initiū sūpsit omnis perditio. Iudith 9. Fac Dn̄e ut gladio proprio āputetur superbia. Nō.n. superbi ab initio placuerūt tibi: sed humiliū et māsuetorū sēper tibi pla

Petrus. Paulus. Numeri. Tobiæ. Iudith.

Iob. cuit deprecatio. Iob. cap. 11. Vir uanus erigitur in superbia: et tanq; pullum onagri se natum putat liberum. Ibi. 40. Disperge Dñe superbos in furore tuo; et confunde eos; & respiciens omnem arrogantem humilia. David, Psal. 17. Tu, domine, populum humilem saluum facies: & oculos superborum humiliabis. psal. 35. Non ueniat mihi pes superbiæ: & manus peccatoris non moueat me. psal. 100. Superbo oculo & insatiabili, cum hoc non eadem. Salom. Prouer. 11. Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia. Vbi autem humilitas, ibi & sapientia. Ibi. 13. Inter superbos semper iurgia sunt. Ibi. 15. Domum superborum demolietur Dominus: & firmos faciet terminos uiduæ. Ibi. 16. Melius est humiliari cum mitibus, quàm diuidere spolia cum superbis. Sapientiæ. 5. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt enim omnia illa tanquam umbra, & tanquam nuncius præcurrens. Ecclesiastici. 10. Odibilis coram Deo est, & hominibus superbia: & execrabilis omnis iniquitas gentiũ. Initium superbiæ hominis apostatare à Deo: quoniam ab eo, qui facit illum, recessit cor eius. quoniam initium omnis peccati superbia est. Sedes ducum superborum destruxit Deus: & sedere fecit mites pro eis. Radices gentium superborum arefecit Deus: & plantauit humiles ex ipsis gentibus. Ibi. 21. Substantia superbi eradicabitur, Deprecatio autem pauperis ex ore usq; ad aures perueniet. Ibi. 25. Tres species odiuit anima mea, & aggrauor ualde animæ illorum. Pauperem superbum, diuitem mendacem, & senem fatuum & insensatum. Ibi. 27. Effusio sanguinis in rixa superborum: & maledictio illorum auditus grauis. Ibi. 32. Age conceptiones tuas non in delictis & uerbo superbo. August. in sermon. 31. Vermis

(Margin notes: David. — Salomon. — August.)

diuitiarum est superbia. Difficile est, ut non sit superbus, qui diues est. Tolle superbiam, & diuitiæ non nocebunt. Idem ad quendam comitem. Humilitas homines sanctis angelis similes facit, & superbia ex angelis demones facit: & ut euidenter ostendam, ipsa est omnium peccatorum initium, & finis, & causa, quia non solùm peccatum est ipsa superbia, sed etiam nullum peccatum potuit, aut poterit esse sine superbia. Vitanda est nobis superbia, quæ & angelos nouit decipere, quantò magis homines dissipare. Idem in Epist. ad Diascorum. Vitia quippè cætera in peccatis, superbia uerò in rectè factis timenda est: ne illa quæ laudabiliter facta sunt, ipsius laudis cupiditate amittantur. Idem in serm. 29. Si uix toleratur diues superbus, pauperem superbum quis ferat? Hieronym. super Marc. Multò illa deformior est superbia, quæ sub quibusdam humilitatis signis latet. Nescio enim quomodo turpia sunt uitia, quum uirtutum specie celantur. Superbia natione cœlestis, sublimium appetit mentes, & quasi ad proprios reuolans ortus, appetit gloriam, & potestatem hominum irrumpere, quæ de gloria & puritate angelorum erupit, ut quos inuenit participes naturæ, faciat consortes ruinæ. Vir superbus non decorabitur, nec uoluntatem suam perducit ad finem. Grauis est culpa quando ad imperitam & negligentiam superbiæ crimen accedit. Nihil magis christianus studeat uitare, quàm tumentem & erectam ceruicem Dei contra se odium prouocantem. Ambr. Superba uoluntas facit præcepta contemnere Dei, humilitas autem custodire. Superbi cupiunt in se prædicari, quod non faciunt humiles: refugiunt quicquid boni operantur agnosci. Grægor. in Moralib. Vitium superbiæ ab ipsa radice secandum est, ut quum latenter oritur, tunc uis-

Hieronymus.

Ambrosius

Gregorius.

gilanter abscindatur, nè prouectu uigeat, nec usu roboretur. Radix quippè cuncti mali, & regina omnium uitiorum superbia est. de qua scriptura attestante dicitur. Initium omnis peccati superbia. Septem principalia uitia de superbiæ uirulenta radice proferuntur, scilicet inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, uentris ingluuies, & luxuria. Nam quia his septem superbiæ uitijs nos captos diabolus tenuit, idcirco redemptor noster ad spirituale liberationis bellum septiformis gratiæ plenus uenit. Ipsa uitiorum regina superbia, cum deuictum plenè cor cœpit, mox illud septem principalibus uitijs suis ducibus deuastandum tradit, ex quibus uitiorum multitudines oriuntur. In lib. 34. Moral. Euidentissimum signum reproborum est superbia, at contra humilitas electorum.

Origenes Origenes. ho. 1. super Ezechiel. Quid superbit terra & cinis? ut homo arrogantia subleuetur; oblitus quid erit, & quàm fragili uasculo contineatur, & quibus stercoribus immersus sit, & qualia semper purgamenta de sua carne proijciat? Isidor. de Summo bono lib. 2. cap. 37. Superbiæ, humilitas opponenda est. Superbiam autem diaboli imitantur superbi; aduersus quam opponitur humilitas Christi, qua humiliantur electi. Principalium autem septem uitiorum regina, & mater superbia est: eademq; septem principalia multa de se parturiunt uitia, quæ ita sibi met quadam cognatione iunguntur, ut ex altero alterum oriatur. Ibi. 38. Omnis superbia tantò in imo iacet, quantò in alto se erigit: tantòq; profundius labitur, quantò excelsius eleuatur. Qui inflantur superbia, uento pascuntur. Superbia sicut origo est omnium criminum: ita ruina cunctarum uirtutum. Ipsa enim est in peccato prima, ipsa in conflictu postrema. Hæc enim prima aut i-

... mentem per peccatum prosternit: aut nouissimè de uirtutibus eijcit. Ibi cadit superbia, ubi & nascitur: ut non sit superbis aliud culpa, aliud pœna: sed ipsa culpa sit illis & pœna. In Vita Patrum. Fructus putrefactus inutilis agricolæ; & uirtus superbi inutilis Deo. Sicut enim pondus fructuum frangit ramum, sic superbia decorem euertit animæ. Anima superbi relinquitur à Deo, & fit demonum desiderium. Superbia de cœlis deposuit archangelum, & tanquam fulgur fecit cadere super terram. Humilitas hominem eleuat in cœlum, & cum angelis lætari facit. Quod superbiæ est, cito labitur: quod uerò gratiæ, diu tenetur. In Vita Pat.

De Vanagloria. Cap. XLV.

VAnagloria unomodo dicit appetitum dignitatis & excellentiæ; & sic est idem cum superbia, & est uitium capitale: quia animus directè mouetur ad dignitatem & excellentiam appetendam. Alio modo dicit appetitum laudis, & sic est filia superbiæ. Vnde uanagloria est uoluptas stultè ostentando quæ sunt non esse aut iactando, quæ minime uera sint & impudenter mentiendo. Ad quam euitandam & fugiendam in hoc cap. de ea multæ citantur auctoritates.



DOminus dicit in Euãgelio Matth. 6. Attendite aũt ne faciatis iustitiam uestrã corã hominibus, ut uideamini ab eis. Ioannes. 5. Quomodo potestis credere uos, q gloriã accipitis ab inuicẽ; et gloriã, quæ à solo Deo est, nõ quæritis? Iacob. 3. Nolite gloriari, et mẽdaces esse aduersus ueritatẽ. Nõ est. n. ista sapiẽtia desursum descẽdens à patre luminũ: sed terrena, aĩalis, diabolica. Mathæus Ioannes Iacobus.

Ibi. 27. Ne *glorieris in craſtinum ignorans, quid ſuperuentura pariat dies.* Laudet *te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua.* Eccleſiaſtic. 10. Noli *te extollere in faciendo opere tuo.* Ibi. 11. Non *laudes uirum in ſpecie ſua neq; ſpernas hominem in uiſu ſuo. In ueſtitu ne glorieris unquam: nec in die honoris tui extollas te.* Ibi. 15. Non *eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, quia non eſt à* Domino *miſſus; quoniam à* Deo *perfecta eſt ſapientia.* Ibi. 27. Ante *ſermonem non collaudes uirum: hæc enim temptatio eſt hominum.* Ibi. 43. *Glorificantes* Dominum *quantumcunq; poteritis ſuperualebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius. Benedicentes exaltate illum, maior eſt enim omni laude.* Ibi. 44. *Laudemus uiros glorioſos: & parentes noſtros in generatione ſua.* Auguſt. *ſuper pſal.* 149. *Inanis gloria huius ſeculi fallax eſt ſuauitas, & infructuoſus labor, perpetuus timor, periculoſa ſublimitas; initium ſine prouidentia, finis cum pœnitentia. In lib. confeſſion.* Sæpe *homo de ipſo uanæ gloriæ contemptu uanus gloriatur: nõ enim eam contemnit, dum gloriatur intus de gloria, quam amplexatur.* Idem *de conflictu uitior.* Inanis *gloria dicit, age bonum, quod uales: oſtende bonum cunctis, quod agis; ut bonus à cunctis dicaris, ut ſanctus & uenerabilis ab hominibus prædiceris, ut* Dei *electus uoceris, ut nemo te deſpiciat, ſed uniuerſi debitum tibi honorem perſoluant.* Hieron. *ad* Nepotianum. Ne *nimis religioſus uelis uideri, nec plus humilis quàm neceſſe eſt; gloriam fugiendo non quæras.* Non *quæras gloriam & non dolebis cum glorioſus fueris.* Qui *laudem non appetit, nec contumelias ſentit.* Non *ideo te bonum exiſtimes, ſi bonus prædiceris.* Nemo *magis ſcire poteſt qui ſis, ſicut tu qui conſcius tibi es.* Idem *ad* Celantiam. Si *uerè laus*

Auguſt.

Hieronym.

dabilis esse cupis, laudes hominum ne requiras: quia quamuis alicui sit facile laudem non curare, dum negatur, est tamen

Ambrosius. difficile ea non delectari, quum offertur. Ambr. in suo Pastor. Non est tanti gaudij excelsa tenere, quanti mœroris est de excelsis corruere. Nec tantam gloriam sequi post uictoriam, quantam ignominiam post ruinam. Idem in Natali sancti Eusebij. Duplici ex causa utilius est homini memoriæ laudem dare, quàm uitæ; ut illò potissimùm tempore merita sanctitatis extollas, quando nec laudantem adulatio mouet, nec laudatum tentat elatio. Quis autem diues possit hic sine trepidatione laudari, qui & de præterito meminit se habere, quod doleat, & de fu

Gregorius. turo uidet sibi superesse quod timeat? Gregor. lib. 6. Moral. Quum bene, uiuitur, ualde timendum est, ne mens despectis cæteris de gloria singularitatis eleuetur. Non parua condemnatio est, ex eo bono, quod communiter datur, gloriari priuatim. Idem lib. 8. Moral. Quum per accepta bona reprobi in sua laude se eleuant, ipsis muneribus contra largitorem pugnant. Inde quippe contra dantem superbiunt, unde ei amplius humiles esse debuerunt. In lib. 22. Moral. Quo arbor altiùs ad superiora surrexerit, eò uim uentorum uehementiùs sentit: quia quò plus quisq; in bona opera attollitur, eò ampliori ab ore laudantium flatu fatigantur. Sancti non solum gloriam supra modum suum omnino non appetunt, sed etiam hoc ipsum refugiunt, quod se se habere sciunt. Idem in Pastor. Quum enim pro recto opere laus transitoria quæritur, æterna retributione res digna uili pretio ue-

Isidorus. nundatur. Isidor. de Summo bono lib. 3. cap. 23. Amator uanæ gloriæ unde possit semper laudari, agere non quiescit: & subinde illi uires uanitatis prauus appetitus auget. Vanus

& erroris est animus plenus, famam appetere, & ad capiendam terrenam laudem studium dare. Non *declinat ad dexteram, qui non sibi, sed* Deo *tribuit bona, quæ agit: neq; ad sinistram se uertit, qui de diuina indulgentia peccandi licentiam non præsumit.* Semper *suam aspiciant fœditatem, qui uanagloriæ fauores diligunt: & perdidisse bonum opus doleant, quod pro humana ostentatione fecerunt.* Virtutes *suas dum quis uanægloriæ studio prodidit, statim demones suorum operum dominos facit.* Ille *autem debet publicare bonum quod agit, qui perfecta humilitate fundatur, & nulla elatione contingitur.* Iactantia *oculos, quibus* Deus *uideri poterat, claudit.* Quisquis *ex deteriore iam melior esse cœpit, caueat de acceptis extolli uirtutibus, ne grauius per uanam gloriam corruat, quàm prius per lapsum uitiorum iacebat.* Ibidem *lib. 2. cap. 34.* Qui *eleemosynam uanæ gloriæ causa impartit, ex uirtute uitium facit.* Et *cum causa iactantiæ pauper pascitur, etiam illud opus in peccatum conuertitur.* Et *qui aliquod donum* Dei, *quod meruit in suam laudem conuertit, aut in malos usus assumit, proculdubio uirtutem in uitium transfert.* Fraudem *enim facimus* Deo, *quotiens de bono opere nostro nos met ipsos non* Deum *laudamus.* Prudens *autem uir discretione solerter prospicit, ne bonum intemperanter agat, & de uirtute in uitium transeat.* In Vita Patr. Vana *gloria est uitium sine ratione & omni operi bono inserit se.* Ne *perdas laborem propter humanam gloriam.* Gloria *enim humana in puluerem redigitur: & honor* Regis *extinguitur super terram:* Gloria *autem uirtutum glorificat in secula.*

In vita Patr.

IRacundia est excessus iræ, ideo est uitium mansuetudini oppositum: differtq; ab ira, quia ira est ex causa, Iracundia uerò ex uitio multum irascentis. Ab ira uenit irascor, & iratus ac iracundus, quæ ita differunt, quia iratus est, qui ex aliqua re lacessitus excanduit, quod potest aliquando sumi in bonam partem, ut si quis irascatur contra uitia. Iracundus uerò dicitur qui ex quacunq; etiam leui causa mouetur ad iram: sed interdum confunditur. Ira igitur duplex habet esse. s. esse naturæ, & esse mortis. propter primum dicitur, Irascimini, propter secundum dicitur, Nolite peccare. De qua in præsenti cap. adducuntur auctoritates.



Matthæus. DOminus dicit in Euangelio Matth: 5. Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.

Paulus. Paul. ad Ephes. 4. Irascimini & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam uestram. Omnis indignatio, ira, aut blasphemia tollatur à uobis. Ibi. 6. Patres nolite prouocare ad iracundiam filios uestros: sed educate illos in disciplina & correptione Domini. 1. ad Thessalonic. 5. Non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis.

Iacobus. Iacob. 1. Ira uiri iustitiam non operatur.

Iob. Iob. 5. Virum stultum interficit iracundia: & paruulum occidit inuidia. Ibi. 36. Non ergo te superet ira, ut aliquem opprimas: nec multitudo bonorum inclinet te.

Dauid. Dauid psal. 4. Irascimini & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus uestris, aut in cubilibus uestris compungimini. psal. 36. Desine ab ira & derelinque furorem; noli emulari ut maligneris. psal. 88.

Exardescit sicut ignis ira. Salom. prouer. 12. Fatuus statim indicat iram suam; qui autem dissimulat iniuriam, callidus est. Ibi. 15. Responsio mollis frangit iram, & sermo durus suscitat furorem. Vir iracundus prouocat rixas: & qui patiens est, mitigat suscitatas. Ibi. 21. Melius est habitare in domo deserta, quàm cum muliere rixosa & iracunda. Ibi. 22. Noli esse amicus homini iracundo, neq; ambules cum uiro furioso: ne forte discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ. Ibi. 18. Spiritum ad irascendum facilem quis poterit sustinere? Ecclesiastes. 7. Ne sis uelox ad irascendum; quia ira in sinu stulti requiescit. Ecclesiastic. 8. Cum iracundo non facias rixam: & cum audace non eas in desertum. Non est caput ne quis super caput colubri: & non est ira super iram mulieris. Ibi. 27. Ira & furor utraq; execrabilia sunt: & uir peccator continens erit illorum. Ibi. 28. Homo iracundus incendit litem, & uir peccator turbabit amicos; & in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Secundum enim ligna syluæ; sic ignis exardescit, & secundum uirtutem hominis, sic iracundia illius erit: Et secundum substantiã suam exaltabit iram suam. Ibi. 30. Zelus & iracundia minuent dies: & ante tempus ad senectam adducet cogitatus. August. in Epistolis. Sicut acetum corrumpit uas, si diutius ibi fuerit; sic ira corrumpit cor, si in alium diem durauerit. Idem super psal. 54. Ira fratris si fuerit inueterata, iam odium est, ira turbat, odium extinguit: ira festuca: odium trabs est. Idem ad Diascorum. Nulli irascenti ira sua uidetur esse iniusta. Ira enim inueterascens, ita fit odium, dum quasi iusti doloris admista dulcedo, diutius eam in uase detinet, donec totum acescat, uasq; corrumpat, Hieron. ad Demetriadem. Quid iracundo

Salomon.

August.

Hieronymus.

furor suus confert, quem sæuissimis exagitatum stimulis conscientiæ, ita ab omni consilio ac mente deturbat, ut dum irascitur, insanire credatur? Idem ad Celanthiam. *Quid uirtus habeat, uinum non bibere, & ira, & odio inebriari?* Idem. Furor *incipiens ira est, & feruens in animo indignatio. Ira autem ex extincto desiderat ultionem, & eum, quem decepisse putat, uult delere.* Ambros. lib. 1. de offic. Re-

Ambrosius *siste iræ, si potes; cede, si non potes.* Si *præuenerit & præoccupauerit mentem tuam iracundia, & ascenderit in te; non relinquas locum tuum: locus autem tuus patientia est.* Non *mediocre est mitigare iracundiam, non inferius, quàm animo non commoueri.* Hoc *nostrum est, naturæ illud.* Irascimini, *ubi est culpa, cui irasci debeatis: non potest enim fieri, ut non rerum indignitate moueamur, alioquin non uirtus.* Sed *lenitudo & remissio iudicatur.* Greg. lib. 5. Moral. Per *iram*

Gregorius *sapientia perditur, ut quid quoq; ordine agendum sit, nesciatur.* Idem in Mor. Plus *sæpe ira in uindicta exigit, quàm iniuria accipit. Ira cum delinquentium culpas insequitur, non debet menti quasi Domina præire, sed post rationis tergum quasi ancilla famulari.* Quoties *ira animum inuadit, mentem edoma, uince te ipsum, differ tempus furoris.* Quum *tranquilla mens fuerit, fac quod placet.* Nam *iræ suæ stimulis accensum cor palpitat, corpus tremit, lingua se præpedit, facies ignescit, exasperantur oculi, & nequaquam recognoscuntur: notiorem quidem clamorem format, sed intus quid loquatur, ignorat. In quo itaque iste ab arreptitys longè est, qui actionis suæ conscius non est.* Aliquando *iracundus manus non erigit, sed in maledictionis iaculum lingua uertit, fratris nanq; interitum precibus exposcit, & hoc Deum perpetrare expetit.*

Isidor. de Summo bono lib. 3. cap. 40. Iracundi doctores per rabiem furoris disciplinæ modum ad immanitatem crudelitatis conuertunt: & unde emendare subditos poterant, inde potius uulnerant. Si te præoccupauerit ira, mitiga illam. Idem lib. 1. Solilo. Si non potes iram uitare, tempera: si non potes furorem cauere, cohibe. Tene silentium patientiæ, tacendo citius uincis. In libro Clemen. Illa ira mala est, quæ mentem turbat. Illa uerò ira, quæ malos punit, perturbationem mentis non infert. Hæc est enim iusta, et necessaria iracundia, qua unusquisque in his, in quibus errauit, & gessit, indignatur: & semet ipsum incusat. In Vita Patr. Oculi iracundi turbulenti & sanguinei cordis inimici. Ventus ualidissimus non mouet turrim; & animam sine ira non mouet indignatio. A qua mouetur per uiolentias uentorum; et iracundus à cogitationibus conturbatur.

Isidorus. Clemens. In vita Patr.

De Inuidia. Cap. XLVII.

INuidia dicitur à nimis uidendo, quia nimis intuemur formam illius de cuius fœlicitate sumus solliciti. Vnde inuidia est odium fœlicitatis alienæ, uel inuidia est tristitia in apparenti fœlicitate alicuius, aut est tristitia in quantum æstimatur diminuere gloriam propriam. Ad inuidiam ergo uitandam multæ in præsenti cap. citantur auctoritates.



Ominus dicit in Deu[t]e. 28. Homo delicatus et luxuriosus ualde inuidebit fratri suo, & uxori quæ cubat in sinu suo: ne detur eisdẽ carnibus filiorum suorum, quas comedet in obsidione, & penuria. 1. Petri. 2. Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes & inui-

Deuterono. Petrus

dias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes ratio nabiles sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem: si tamen gustatis quoniam dulcis est Dominus. Iacob. 4. An putatis quòd inaniter scriptura dicat. Ad inuidiam concupiscit spiritus qui habitat in uobis? Paul. ad Galath. 5. Si inuicem mordetis, & comedetis, uidete ne ab inuicem consumamini. spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Manifesta autem opera carnis sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, emulationes, iræ, rixæ, dissensiones, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico uobis, sicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Ibi. 6. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Iob. 6. Virum stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia. Salom. Prouer. 14. Vita carnium, sanitas cordis: putredo ossium, inuidia. Ibi. 23. Ne comedas cum homine inuido: & ne desideres cibos eius, quoniam in similitudinem harioli & coniectoris æstimat, quod ignorat. Ibi. 28. Vir qui festinat ditari, alijs inuidet: & ignorat quòd egestas superueniet ei. Sapientiæ. 2. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum: Imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius. Ibi. 6. Cum Inuidia tabescente iter non habebis, quoniam talis homo non eris particeps sapientiæ. Ecclesiastic. 14. Qui sibi inuidet, nihil est illo nequius. Nequam est oculus inuidi, & auertens faciem suam, & despiciens animam suam. August. de uerbis Domini. Inuidia est filia superbiæ: sed ista mater superbia nescit esse sterilis: ubi enim fuerit, continuò parit: suffoca matrem, & non erit filia. Idem super Genes.

Iacobus. Paulus. Iob. Salomon. August.

Inuidia sequitur superbiam, non præcedit, Non enim causa superbiendi inuidia est, sed causa inuidendi superbia est. Amando enim quisq; excellentiam suam, uel paribus inuidet; quòd ei coæquantur, uel inferioribus, ne coæquentur uel superioribus, quòd non eis coæquatur. Superbiendo ergo inuidet, non inuidendo quisq; superbus fit. Idem. Inuidia ciuitates & uirtutes contremat. Inuidia & liuor super omnia inebriant animam. Vbi est inuidia amor fraternus esse non potest. Per inuidiam crucifixus est Christus: Ideo qui inuidet fratrem suum, crucifigit Christum. Hieron. in Epist. ad Demetriadem. Hieronymus.
Oro te, quid inuido delectationis præstat inuidia? quem secretis quibusdam conscientiæ ungulis liuor ipse discerpit: & alienam fœlicitatem tormentum facit? Idem. Magna uirtus est ei, qui inuidiam humilitate superat. Ambr. lib. 1. de Offic. Inter Ambrosius
improbum & inuidum hoc interest. Improbus suo delectatur bono, inuidum torquetur alieno. Ille diligit mala, hic bona odit. Inuidus enim; qui alienum inuidet bonum, facit sibi inuidendo supplicium. Greg. lib. 5. Moral. Inuidere non possumus, nisi Gregorius.
eis, quos nobis in aliquo meliores putamus. Paruulus itaq; est, qui inuidia occiditur, quia nisi inferior ipse existeret, de bono alterius non doleret. Tantò plus quisquis inuidet alijs bona præsentia, quantò minus ea ipse contempserit. Mors prauorum est, inuidere alijs uirtutis bonum, quod ipsi non habent. Idem in ho. Inuidi color pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur, membra frigescunt, fit in cogitatione rabies, in dentibus stridor. Nam quum inuidi mentem liuor excruciat, bonum, quod appetit, sibi ab alio adimi, aut restringi metuit, qui ergo liuoris peste carere desiderat plenè, illam hæreditatem diligat, quam coæredum numerus non angustat. Isidor. in Sy- Iacobus.

nominis. Inuidia cuncta bona deuorat ardore pestifero. Inuidia animae tinea sensum comedit, pectus urit, mentem affligit, cor hominis quasi quaedam pestis depascit. Idem de Summo bono lib. 3. cap. 25, Liuor alieni boni suum punit auctorem: Nam unde bonus proficit, inde inuidus contabescit. Inuidus membrum est diaboli, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum. Nulla est uirtus cui non aduersetur inuidia: Sola enim miseria caret inuidia: quia nemo inuidet misero: cui re uera non liuor obijcitur, sed sola misericordia adhibetur. Multi & bonos imitari uolunt; & de bonorum profectibus inuidiae liuore tabescunt. Aduersus inuidiam charitas praeparetur. De bono alterius non doleas, de alterius profectibus non tabescas. Nullius quoq; prosperitate lacereris. Eusebius. Inuidiae horror non solum religiosas, sed humana animas peruadit. Effrem. Inuidia manifestat nos charitatem Dei penitus non habere. Iosephus. Difficile est in prosperis carere inuidia.

Eusebius. Effrem. Iosep.

De Cupiditate. Cap. XLVIII.

CVpiditas est inordinatus amor pecuniae, uel effrenatus habendi appetitus. Vnde Paul. ad Timoth. primae. cap. 6. Radix omnium malorum est cupiditas. ad quam fugiendam multae in hoc cap. traduntur auctoritates.

Marcus. Paulus



DOminus dicit in Euangelio Marc. 10. Quàm difficile est confidentes in pecunijs regnum Dei introire. 1. Paul. ad Timoth. 6. Radix omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide, &

inseruerunt se doloribus multis. Tu autem ò homo Dei hanc fuge. Ad Titum. 1. Oportet episcopum sine crimine esse sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non uinolentum, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, continentem, amplectentem eum, qui est secundum doctrinam, fidelem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana: & eos, qui contradicunt, arguere. Salom. Prouer. 1. Stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupiunt, & imprudentes odiunt scientiam. Ibi. 9. Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Ibi. 11. Statera dolosa abhominatio est apud Deum: & pondus æquum uoluntas eius. Ecclesiastes. 6. Melius est uidere quod cupias, quàm desiderare quod nescias. Sed & hoc uanitas est, & præsumptio spiritus. Ecclesiastic. 14. Viro cupido & tenaci sine ratione est substantia: & homini liuido ad quid aurum? Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis non satiabitur donec consumat arefaciens animam suam. Ibi. 31. Multi dati sunt in auri casus, & facta est in specie illius perditio eorum. Augu. ad quendam comitem. Superbia & cupiditas in tantum unum malum sunt, ut nec superbia sine cupiditate, nec sine superbia cupiditas possit inueniri. In lib. Confess. Non est in carendo difficultas, nisi quum fuerit in habendo cupiditas. Idem. 23. cap. q. 7. Vsq; adeò homines calumniandi cupiditate cæcantur, ut non attendant quàm sint inter se contraria, quæ loquuntur. Hier. in quodam serm. Cupido tam deest, quod habet, q; quod nõ habet: quia aut nõ habita cõcupiscit, ut habeat: aut habita metuit, ne admittat: et dũ in aduersis sperat prospera in prosperis formidat aduersa. Ambr. in lib. de Virginitat.

Salomon. Augus. Hieremias. Ambrosius.


Qui moderari nescit cupiditatibus, is quasi equis ceptus indomitis uoluitur, laniatur, affligitur. Idem de Naboth Iezarelita. Toto mundo eget, cuius non capit mundus cupiditatem: ei autem, qui fidelis est, totus mundus diuitiarum est, toto mundo fugit, qui considerans conscientiam suam timet deprehendi.

Gregorius. Gregor. lib. 15. Moral. Cui cupiditas dominari dicitur, subiectus malis omnibus demonstratur. Idem in homil. Bonorum auctori aliter inhærere non ualemus, nisi cupiditatem à nobis, quæ omnium malorum radix est, abscindamus.

Isidorus. Isidor. De Summo bono lib. 2. cap. 41. Nemo potest spiritalia bella suscipere, nisi prius carnis edomauerit cupiditates. Non potest ad contemplandum Deum mens esse libera, quæ desiderijs huius mundi & cupiditatibus inhiat. Omni peccato peior est auaritia; & amor pecuniarum. Cupiditas est omnium criminum mater. Si ergo succiditur mater criminum, non pullulant cæteræ soboles peccatorum. Nunquam satiari nouit cupiditas: Semper enim auarus eget. Si bona mundi huius peritura credimus, cur peritura tantò amore cupimus? Plerique potêtes tanta cupiditatis rabie inflammantur, ut de confinijs suis pauperes excludant, nec habitare permittant. Non enim mirum si morientes inferni ignibus deputentur, qui uiuentes flammam cupiditatis suæ minimæ extinxerunt. Qui desiderio cupiditatis exestuant, flatu diabolicæ inspirationis utuntur. Pecuniæ cupiditas populorum mortalium corda superat, & fraternam necessitudinem uiolat.

In uitâ Patr. In Vita Patr. Nihil prodest pecuniam non habere, si uoluntas fuerit possidendi. Tantum habeamus, quantum necessitas poscit, non quantum cupiditas concupiscit. Nibil prodêst ei nuditas, cui inest & cupiditas.

AVaritia generaliter est inordinatus amor habēdi. Vnde auaritia est opinio uehemens de pecunia quasi ualde expetenda sic inhærens & penitus insita. Auaritia superabundat in amando, acquirendo, & retinendo, sed deficit in dando, de ea ergo in præsenti cap. ut illam fugiamus plures adducuntur auctoritates.



DOminus dicit in Euangelio Lucæ. 12. Videte & cauete ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiusquam uita est eius ex his, quæ possidet. Ibi. 16. Facite uobis amicos de mammona, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Matthæus. 16. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi erugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt & furantur: thesaurizate autem uobis thesauros in cœlo, ubi nec ærugo, nec tinea demolitur, nec fures effodiunt, nec furantur. Paul. ad Ephes. 5. Omnis fornicatio, immunditia, aut auaritia, nec nominetur in uobis. Omnis enim fornicator, aut immundus, aut auarus non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Ad Colossen. 3. Mortificate membra uestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam; malam, & auaritiam, quæ est simulachrorum seruitus. Ad Hebr. 12. Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus. Salom. Prouer. 15. Conturbat domum suam, qui sectatur auaritiam, qui autem odit munera, uiuet. Ibi. 29. Rex iustus erigit terram, et uir auarus destruet eam. Ecclesiastes 5. Auarus non implebitur pecunia; & qui

Iacobus.
Mathæus
Paulus.
Salomon.

amat diuitias, non capiet ex eis fructus. Ecclesiastici. 10. Auaro nihil est scelestius, nihil est iniquius, quàm amare pecuniam. Hic enim & animam suam uenalem habet. Ibi. 8. Multos perdit aurum atq; argentum. Ibi. 31. Beatus diues, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecunia & thesauris. Quis est hic & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in uita sua.

August. August. de doctr. Christian. Auarus est cæcus, credendo enim diues est, non uidendo. Amas pecuniam, ô cæce, quam nunquam uidebis: Cæcus possides, cæcus moriturus es; quod possides, hic derelicturus es. Idem in serm. quodam: Auarus uelut infernus omnia deuorans, uellet nullum hominem esse, ut omnia solus possideret. Idem. Sicut auaritia in infernum ponere, ita iugum Christi in cœlum leuare consueuit. In alio serm. Auarus antequam lucretur, se ipsum perdit: & antequam aliquid capiat, capitur. Idem in Epist. ad Comitem. Auarus uir, inferno est similis. Infernus enim quantoscunq; deuorauerit, nunquam dicit: satis est. Sic & si omnes thesauri in auarum confluxerint.

Hieronymus Hieronym. ad Paulinum. Auaro tam deest, quod non habet, quàm quod habet. Credenti totus mundus diuitiarum est, infidelis autem obolo indiget. Idem ad Rusticum. Nos ardemus auaritia; & contra pecunias disputantes, auro sinum expandimus; et illud quod de slegarensibus dicitur, nobis miseris coaptari potest: Aedificant quasi uicturi: Viuunt quasi altera die morituri. Auaritia modum ignorat: & cum omnia deuorat, nescit penitus saturari. Esurit semper, & inops est: & cum serdibus dentibus uniuersa mundi regna descripserit, tunc se ieiunam horribilius confitetur.

Ambrosius Ambr. de Naboth Iezarelita. Inflammatur lucro auaritia, & non extinguitur. Quasi gradus

quosdam cupiditatis habet: & quò plures ascenderit, eò altiora festinat: unde fit grauis ruina lapsuro. Idem super Psal. 118. Venit auaritia, & dicit: Argentum & aurum quod habes, seruitutis tuæ pretium est. Possessio quam tenes, iuris tui emptio est. Greg. 15. Moral. Auaritia desideratis rebus non extinguitur, sed augetur. Nam more ignis cùm ligna, quæ consumit, acceperit, excrescit: & unde uidetur ad momentum flamma comprimi, inde paulò pòst dilatari. Auarus prius anhelat concupita congregare, & quum quasi in quodam uentre auaritiæ multa congesserit, satiatus arctatur: quia dum anxiatur, qualiter acquisita custodiat, ipsa eum sua satietas angustat. Mens auari, quæ prius ex abundantia requiem quæsierat, postea ad custodiam grauius laborat. Idem lib. 14. Mor. Peccatum auaritiæ mentem, quam infecerit, ita grauem reddit, ut ad appetenda sublimia attolli non possit. Omnis auarus ex potu sitim multiplicat; quia cùm ea, quæ appetit, adeptus fuerit, ad appetenda alia amplius anhelat. Impetiginem habet in corpore, quisquis auaritia uastatur in mente. Isidor. lib. 10. Ethimologiar. Auidus dictus est ab auendo: Auere enim cupere est. Hinc & auarus dictus est ex eo quòd sit auidus auri, et nunquam opibus expleatur: & quantum plus habuerit, tantum plus cupiat. Idē de Summo bono lib. 2. cap. 41. Omni peccato peior est auaritia, & amor pecuniarum. Semper auarus eget; et quantò magis acquirit, tantò amplius quærit. nec solum desiderio augendi excruciatur: sed ēt amittendi metu afficitur. Inopes nascimur in hac uita, inopes recessuri sumus de hac uita. Cypr. Auarus uir similis est inferno. In Vita Patr. Qui amat argentū, nō uidebit scientiam, & qui congregat illud obscurabitur.

Gregorius.

Isidorus.

Cyprianus.

In vita Patr.

*E*St autem fornicatio omnis illicitus coitus. Vnde fornicatio dicitur à fornice, idest, ab arcu triumphali ubi Romæ fornicatio fiebat, & fusius sumitur pro concupiscentia interius atq; exterius. Fornicatio autem, & uinum, & ebrietas auferunt cor. Ad eam ergo fugiendam quàm plurimæ in hoc cap. citantur auctoritates.

Matheus.



*D*Ominus dicit in Euangelio Math. 5. Omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mæchatus est eam in corde suo. Si ergo oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proijce abs te. Expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam. Ibi. 15. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, et blasphemiæ. Hæc sunt, quæ coinquinant hominem. 1. Paul. ad Cor. 6. Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcunq; fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Ad Ephes. 5. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in uobis, sicut decet sanctos. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quòd est idolorum seruitus, non habebit hereditatem in regno Christi & Dei. Idem ad Thessal. 4. Hæc est uoluntas Dei sanctificatio uestra, ut abstineatis uos à fornicatione; ut sciat unusquisq; uestrum uas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desideri, sicut & gentes, quæ ignorant Deum. Ad hebr. 12.

Paulus.

Fornicatores

Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. 2. Petri. 2. Iniqui luxuriantes, oculos habentes plenos adulterio, incessabili delicto. Tobiæ. 4. Attende tibi fili mi ab omni fornicatione. Osee 2. Auferat mater fornicationes suas à facie sua: & adulteria sua de medio uberum suorum. Ibi. 4. Fornicatio & uinum & ebrietas auferunt cor. Ibi. 1. Fornicans fornicabitur terra à Domino. Salom. Prouer. 23. Fouea profunda est meretrix, & puteus angustus est aliena. Insidiatur in uia quasi latro; & quos incautos uiderit interficiet. Ibi. 30. Tria sunt insaturabilia, & quartum quod nunquam dicit sufficit. Infernus, os uuluæ, & terra, quæ non satiatur aqua. ignis uerò nunquam dicit sufficit. Ecclesiastic. 9. Virginem ne conspicias, ne fortè scandelizeris in decore illius. Ne des fornicarijs animam tuam in ullo, ne perdas te, & hæreditatem tuam. Omnis mulier, quæ est fornicaria, quasi stercus in uia conculcabitur. Ibi. 19. Qui se iungit fornicarijs erit nequam. Ibi. 18. Post concupiscentias tuas non eas: & à uoluntate tua auertere. Ibi. 26. Qui tenet mulierem nequam, quasi qui apprehendit scorpionem. sicut sol oriens in mundo in altissimis Dei; sic & mulieris bonæ species in ornamentis domus suæ. Fornicatio mulieris in excellentia oculorum & in palpebris illius agnoscitur. August. De conflictu uitiorum & uirtutum. Fornicatio nulli impunè conceditur. Idem de Verbis Domini. Nihil est iniquius, quàm causa fornicationis uxorem dimittere, si ipse conuincitur fornicari. Occurret enim illud. In quo alterum iudicas, te ipsum condemnas. Idem de Doctr. Christian. Luxuria est inimica uirtutibus, perdit omnem substantiam, & ad præsens uoluptatem deliniens, futuram non sinit cogitare paupertatem. Idem. Si uerum est, quod in te uiuit Deus, fornicatio in te mortua est.

Petrus. Tobiæ. Osee Salomon August.

Hieronymus. Hieron. in Epist. *O quàm acerbus fructus luxuriæ, amarior felle, crudelior gladio: O ignis infernalis luxuria, cuius materia gula, cuius flamma superbia, cuius scintillæ praua colloquia, cuius fumus infamia, cuius cinis immunditia, cuius finis gehenna.* Fornicatio non solùm conscientiam maculat; *sed & corpus, Difficilè enim inter delitias seruatur pudicitia.* Nitens cutis sordidum ostendit animum. *Idem* in Epist. *ad Titum. In fornicatione non id circo diuersa fit fornicatio, si mulier sit pulchra, aut deformis, ancilla aut ingenua, paupercula, aut opulenta, sed qualiscunq; illa fuerit, una est*

Ambrosius. *fornicatio.* Ambros. *de fuga seculi.* Deus *sine peccato est, qui non fecit peccatum: homo autem ad imaginem* Dei *est,* Fugite *ergo fornicationem: persequuntur enim uos illecebræ peccatorum.* Persequitur *libido: sed tu fuge tanquam furiosam dominam; quæ si te comprehenderit, nec de die, nec de*

Gregorius *nocte requiescere sinet, exagitat, urit, incendit.* Gregor. 22. *lib.* Moral. *Quælibet alia fiant bona, si luxuriæ scelus non abluitur, immensitate huius criminis obruuntur.* Idem *in* Moral. *Ex quo luxuria semel mentem alicuius occupauerit, uix eum bona cogitare permittit. Sunt enim desideria uiscosa, quia ex suggestione oritur cogitatio, ex cogitatione affectio, ex affectione delectatio, ex delectatione consensus, ex consensu operatio, ex operatione consuetudo, ex consuetudine desperatio, ex desperatione peccati deffensio, ex defensio-*

Isidorus. *ne gloriatio, ex gloriatione damnatio,* Isidor. *de* Summo bono. *lib.* 2. *cap.* 39. *luxuriosis atq; superbis demones plus fautores existunt: dumq; in cæteris uitijs spiritus maligni deseruiunt, his tamen maiori familiaritate iunguntur; eisq; amplius iuxta eorum desiderium famulantur.* Libido *tunc magis quæ-*

ritur, dum uidetur. Prima fornicationis tela oculorum sunt, secunda uerborum. Sed qui non capitur oculis, potest uerbis resistere. Qui delectationem refrenat libidinosæ suggestionis, non transit ad consensum libidinis. Citò enim resistit operi, qui usque ad consensionem, & si non usque ad perpetrationem tentatur, & qui titillanti consensum non accommodat delectationi. Omnis immunda pollutio fornicatio dicitur, quàmuis quisque diuersa turpitudinis uoluptate prostituatur. Ex delectatione enim fornicandi uaria gignuntur flagitia, quibus regnum Dei clauditur, & homo à Deo separatur. Inter cætera uitia fornicatio maximum est scelus: quia per carnis immunditiam templum Dei uiolatur, & tollens membrum Christi, facit membrum meretricis. Maximè per carnis luxuriam humanum genus subditur diabolo quàm per cætera uitia. Ibi. 40. Luxuriosa nanq; uita carnem citò debilitat, fractamq; celeriter ducit ad senectutem. Libido in infernum hominem mergit, & in tartarum hominem mittit. Cæsarius. Contra reliqua uitia oportet nos omni uirtute resistere: contra uirtutem uerò non expedit pugnare, sed fugere. In Vita Patr. Viridis herba iuxta aquam nascitur; & uitium libidinis in uisitatione mulieris. Non ualet mundus esse corpore, qui pollutus est mente.

Cæsarius

In Vita Pat.

De Ebrietate. Cap. LI.

Est aūt ebrietas appetitus bibendi ultra mensurā, ex quo prouenit rōnis priuatio. Ebrietas est per quā mēti quædā sui obliuio gñatur ex superfluorū potuū indulgentia. Vbi enim regnat ebrietas, ratio exulat, intellectus obtunditur, consilia deuiant, iudicia subuertuntur. Ad eam ergo uitandam multæ in hoc cap. traduntur auctoritates.

Luchas.

Paulus.



Ominus dicit in Euangelio Luc. 21. Attendite uobis, ne fortè, grauentur corda uestra in crapula & ebrietate, & curis huius uitæ, & superueniat in uos repentina illa dies. 1. Pauli. ad Thessalonicens. 5. Non dormiamus, sicut & cæteri, sed uigilemus, & sobrij simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt; & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Nos autem, qui Dei sumus; sobrij simus, induti loricam fidei & charitatis, & galeam spem salutis. Ad Rom. 13. In die honeste ambulemus. Non in commessationibus, & ebrietatibus; non in cubilibus & impudicitijs; non in contemptione & emulatione; sed induimini Dominum Iesum Christum: & carnis curam ne feceritis in desiderijs. Ad Ephes. 5. Nolite inebriari, uino, in quo est luxuria. Iohel. 1. Expergescimini ebrij & flete: ululate omnes, qui bibitis uinum in dulcedine: quoniam perijt ab ore uestro. Esaiæ. 5. Væ qui consurgitis manè ad ebrietatem sectandam, & potandum usq; ad uesperam, ut uino æstuetis. Væ qui potentes estis ad bibendum uinum, & uiri fortes ad miscendam ebrietatem. Ibi. 29. Obstupescite & admiramini: fluctuate & uacillate: inebriamini, & non à uino: mouemini, & non in ebrietate: quoniam miscuit uobis Dominus spiritum, soporis. Osee. 4. Fornicatio, uinum, & ebrietas auferunt cor. Salom. 20. Luxuriosa res est uinum, & tumultuosa ebrietas. Quicunq; his delectatur non est sapiens. Ibi. 23. Ne intuearis uinum quando flauescit, cùm splenduerit in uitro color eius. Ingreditur blandè, sed in nouissimo mordebit ut coluber; & sicut regulus uenena diffundet. Ibi. 31. Nullum secretum est, ubi ebrietas regnat. Ecclesiastic. 19. Operarius ebriosus non locupletabitur; & qui spernit modica, paulatim

Iohel.

Esaia.

Osees

Salomon.

*decidet. Vinum & mulieres apostatare faciunt homines sapientes; & arguunt sensatos. Ibi. 31. Quàm sufficiens est homini uinum exiguum: & in dormiendo non laborabis ab illo; & non senties dolorem. Diligentes uinum noli prouocare: multos enim exterminauit uinum. Amaritudo animæ uinum multum potatum. Aequa uita hominibus uinum in sobrietate: si bibas illud moderatè, eris sobrius. Vinum in iucunditatem creatum est, & non in ebrietatem ab initio. Exultatio animæ & corporis uinum moderatè potatum. Sanitas est animæ & corporis sobrius potus. Vinum multum potatum irritationem, & iram, & ruinas multas facit. Augu*st. *ad Sacras uirgines. Ebrietas est flagitiorum omnium mater, culparumq; materia, radix criminum, origo uitiorum, turbatio capitis, subuersio sensus, tempestas linguæ, procella corporis, naufragium castitatis, amissio temporis, insania uoluntaria, ignominiosus languor turpitudo morum, dedecus uitæ, honestatis infamia; animæ corruptela. Ebrietas in utroq; sexu cuncta mala appetit, & nefanda committit. Vt ait* Apostolus, *Regna cœlestia appetentibus denegat. Inebrijs non ratio ulla, non ullum uitæ gerendæ consilium, nec ulla artium, nec gestorum, aut lectionum memoria, aut industriæ prouidentia est. Vinum moderatè potatum est medicamentum: plus autem iusto sumptum uenenum esse cognoscitur. Iucunditati, non ebrietati creata est uini materia. Idem in* Epist. 140. *Valde turpe est, ut quem non uincit homo, uincat libido; & obruatur uino, qui non uincitur ferro.* Hieron. *ad* Titum. *In uino luxuria est, & ubicunq; saturitas & ebrietas, ibi libido dominatur. Religiosus nunquam uino redoleat, ne audiat illud Prophetæ. Hoc non est poculum porrigere, sed uenenum propinare. Quicquid*

Augu*st*.

Hieremias.

inebriat & statum mentis euertit, similiter fugiamus ut uinum. Idem in Epist. 37. Ventrem distentum mero & cibo seruitur uoluptas genitalium. Ambros. Infirmum stomachum moderatus cibus & uinum confortat: Ebrietas autem corpus debilitat. Plerunque enim gula, & abundantia uini turpiter in luxuriam soluit. Vinum quippe probatur in usu, sed damnatur in excessu. Origen. hom. 87. Sobrietas omnium uitiorum mater est. Sic è contrario ebrietas, omnium uitiorum origo. Basil. Sicut enim piscis se præparat, ut glutiat escam: sic ebriosus, ut uinum deglutiat nimium. Vinum enim Dominus ad lætitiam cordis, non ad ebrietatem donauit. Plurimi nanq; homines maximam corporis debilitatem contraxerunt; nec potuerunt consequi pristinam firmitatem: quia non temperarunt gulæ ardorem. Ebriosus putat se aliquid optimum agere, cùm fuerit præcipitio deuolutus. In omnibus te exhibe sobrium: ut te sobrietas castum exhibeat Deo. Isidor. de Summo bono lib. 2. cap. 43. Ebrietas perturbationem gignit mentis, furorem cordis, flammam libidinis. Ebrietas ita mentem alienat, ut ubi sit, nesciat. Vnde etiam malùm non sentitur, quod per ebrietatem committitur. Plerisque laus est multum bibere, & non inebriari. Multi autem à manè usq; ad solis occubitum ebrietati & gulæ uoluptatibus deseruiunt: nec intelligunt cur nati sint; sed consuetudine belluina detenti, luxuriæ tantum tota die epulisq; inseruiunt. Non solùm ex uino inebriantur homines; sed etiam ex cæteris potandi generibus, quæ uario modo conficiuntur. Vtraq; enim statum mentis euertunt, & ebrios faciunt.

Ambrosius. Origenes Basilius. Isidorus.

De Conuiuiis. Cap. LII.

Conuiuium est accubatio epularum & prandium uel cœ-

na dici potest. Quod mauult Christus esse pauperum quàm amicorum aut cognatorum. Conuiuium autem potatorum, & commessatio sumptuosa nimis omnino fugienda est, ideo de conuiuijs ipsis, & quomodo quisq; fidelis in eis habere se debeat, plures in hoc cap. citantur auctoritates.



Dominus dicit in Euangelio Lucæ. 14. Cùm facis prandium aut cœnam, noli uocare amicos tuos, neque fratres, neque cognatos tuos, neque uicinos, neque diuites; ne forstè te & ipsi reinuitent; & fiat tibi retributio. Sed cùm facis conuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris: quia non habent unde retribuere possint: retribuetur autem tibi in resurrectione iustorum. Ibi. 12. Nolite solliciti esse animæ uestræ quid manducetis, neque corpori uestro quid induamini: anima enim plus est quàm esca, & corpus plus est, quàm uestimentum. Paul. ad Rom. 14. Non est regnum Dei esca aut potus: sed iustitia, pax, & gaudium in spiritu sancto. Noli ergo propter escam destruere opus Dei. Omnia quidem munda sunt; sed malum est homini, qui per offendiculum manducat. 1. Ad Corinth. 8. Si esca scandalizat fratrem meum non manducabo carnem in æternum: ne fratrem meum scandalizem. Idem. 1. Ad Corinth. 10. Siue enim manducatis, siue bibitis, siue aliud quicquam faciatis, omnia in gloriam Dei facite. Ad Hebr. 13. Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis. Hieremias cap. 16. Ne ingre-

Lucas.

Paulus.

Hieremias.

diaris domum conuiuij: neq; uadas ad plangendum, neque consuleris eos: quia abstuli pacem meam à populo isto dicit Dominus *misericordiam & miserationes*. Ibidem. Et domũ *conuiuij ne ingrediaris, ut sedeas cum eis, & comedas & bibas: hæc dicit* Dominus *Deus israel*. Naum. 1. *Sicut spinæ se*

Naum *inuicem complectuntur: sic conuiuium eorum pariter potantiũ*

Amos *consumetur quasi stipula ariditate plena*. Amos. 8. *Et conuertam festiuitates uestras in luctum: & omnia cantica uestra in*

Salomon. *planctum*. Salom. Prouer. 15. *Melius est uocari ad olera cum charitate, quàm ad uitulum saginatum cum odio*. Ibi. 23. *Noli esse in conuiuijs potatorum: nec in commessationibos eorum, q carnes ad uescendũ cõferunt: quia uacãtes potibus, et dantes symbola cõsumentur*. Ecclesiastes. 7. Melius *est ire ad domũ luctus qui ad domũ cõuiuij; In illa. n. finis cunctorũ admonetur hominũ: & uiuens homo cogitat quid futurum sit*: Ecclesiastic. 31. *Ne comprimaris in conuiuio uino. Supra mensam magnam sedisti, non aperies super illam faucem tuam prior*. Nec *extendas manum tuam prior: & inuidia contaminatus erubescas*. V*tere quasi homo frugi his, quæ tibi apponuntur: ut non cum manducas multum, odio habearis*. Ibi. 37. *Noli auidus esse in omni epulatione: & non te effundas super omnem escam: In multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit usque ad choleram*. Ibi. 40. *Vir respiciens in mensam alienam,*

August. *non sit uita eius in cogitatione uictus*: Alit *enim uitam suam cibis alienis*. August. *ad sacras uirgines*. Quisquis *immoderatus, conuiuioq; medius amissis modestiæ frænis insana fuerit ebrietate prostratus, aduersus respicit stantes, quos integros uidere nequit; aut sermone longo superflua uerba emittit & uana dicta componit, malè clamans, & bene sibi sonans*.

Hierony.

Hieron. Ad conuiuium peccatoris uocatus, ad hoc ambula ut spirituales inuitatori tuo præbeas cibos: Bonarum rerum postu latio est, quando corpus uult ea habere, quæ & spiritus. Ambr. in quadam Epist. Quicunque à pueritia dederit se delitijs, manebit in seruitute, ut uiuens mortuus sit. Greg. in homil. Corporales delitiæ, quum non habentur, graue in se desiderium accendunt: quum uerò habitæ eduntur, comedentem protinus in fastidium uertunt: at contrà spirituales delitiæ, quum non habentur, in fastidio sunt: quum habentur, in desiderio. In illis appetitus saturitatem, saturitas fastidium generat. In istis autem saturitatem appetitus, saturitas appetitum parit. Augent enim spirituales delitiæ desiderium in mentem, dum satiant. Idem. In conuiuijs loquacitas abundare solet. Semper enim uoluptas comitatur epulas. Cùm corpus in refectionis delectatione soluitur, cor ad inane gaudium relaxatur. Isidor. De Summo bono lib. 2. cap. 42. Considerandum quàm uehementer arguantur commessatio & sumptuosa conuiuia. Nam per prophetam comminatur Dominus se hanc non relaxare iniquitatem his qui eam libenter ambiunt. Dicit enim per Esaiam. Ecce gaudium & lætitia occidere uitulos & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere uinum. Si dimittetur iniquitas hæc uobis utuntur, quantò magis uentrem pascunt, tantò amplius sensum mentis obtundunt. Non qualitas ciborum, sed eorum cupiditas cauenda est. Nam sæpe accuratius præparata sine gulæ concupiscentia degustantur: & sæpe abiecta & uilia edendi cupiditate sumuntur.

Hieronymus. Ambrosius Gregorius Isidorus.

Dd

IVramentum siue iusiurandum est assertio uel negatio de aliquo licito possibili & honesto, sacræ rei attestatione firmata. Iuramentum est duplex. s. assertorium, quod est de præsenti, & promissorium, quod est de futuro, & utrunq; tres comites debet habere. s. ueritatem, iudicium, & iustitiam. Vnde iurare est Deum in testem uocare: quibus conditionibus demptis prohibetur iurare in Euangelio. De iuramento ergo ipso copiose in hoc cap. traduntur auctoritates.

Matheus.



DOminus dicit in Euangelio Matth. 5. Audistis quia dictum est antiquis. Non periurabis. Reddas autem Domino iuramenta tua: Ego uobis: non iurate omnino neq; per cœlum, neq; per terram: sit autem sermo uester, est est, non non, Quod autem abundantius his est, à malo est. Ibi. 23. Qui iurat in cœlum, iurat in thronũ Dei, & in eũ, qui sedet super eũ. Paul. ad hebr. 6. Homines enim per maiores suos iurant, & omnis cõtrouersiæ eorũ finis ad cõfirmationẽ est iuramentũ. Deuter. 6. Dñm Deũ tuũ timebis, et illi soli seruies: ac per nomen illius nõ iurabis. Zach. 8. Malũ contra amicũ ne cogitetis in cordibus uestris: et iuramentũ mendax ne diligatis. Dauid Psal. 62. Laudabuntur oẽs qui iurant in Dño, quia obstructum est os loquentium iniqua. Salom. Prouer. 12. Qui Quod quidẽ nouit, loquitur, iudex iustitiæ est: Qui aũt mentitur, testis est fraudulentus. Ecclesiastic. 23. Iurationi non assuescat os tuũ. Vir multũ iurãs replebitur iniquitate: & non discedet à domo illius plaga. Si in uacuũ iurauerit uir, nõ iustificabitur. Indisciplinatæ linguæ os tuũ nõ assuescat: est enim in illa uerbũ peccati. Nominatio Dei nõ

Paulus.

Deuterono.

Zachar.

Dauid,

Salomon.

sit assidua in ore tuo: & nominibus sanctorũ ne admisceaaris: quoniã non eris immunis ab eis. August. de Verbis Apostoli. Homines falsum iurant, uel quũ fallunt. Aut putat homo falsũ esse, & tñ pro falso iurat, et nihilominus cũ scelere iurat Idẽ in lib. contra mendaciũ. Dico uobis, nõ iurate omnino, ne .s. iurando ad facilitatẽ iurandi ueniatur: de facilitate ad consuetudinẽ: de consuetudine in periuriũ decidatur. Idẽ in Epist ad Publicolã. In nouo testamento dictũ est, ne omnino iuremus, quod mihi quidẽ propterea dictũ esse uidetur, non quia iurare peccatũ est; sed quia periurare immane peccatũ est, à quo longè nos esse uoluit, qui omnino ne iuremus commonuit. Hieron. lib. 2. 22. q. Aniiã maduertendũ est, quod iusiurandũ hos habeat comites, ueritatẽ, iudiciũ, iudiciũ, atq; iustitiã. si ista defuerint, neq; iuramentum erit, sed periuriũ. Idẽ super Matth. lib. 16. Admonendi sunt oẽs, ut diligenter caueant periuriũ, non solũ in altari seu sanctorũ reliquijs, sed et cõmuni loquela. Greg. super illud Matth. Non periurabis. Nõ penitus iurare prohibuit, sed occasionẽ periurij, quod perfectius est euitare, docuit. Isido. de Sũmo bono lib. 2. ca. 31. Sicut mẽtiri nõ põt, q nõ loqtur, sic periurare nõ poterit, q iurare nõ appetit. Nõ est cõtra Dei præceptũ iurare: sed dum usũ iurãdi facimus, periurij crimẽ incurrimus. Nunquã ergo iuret, q periurare timet, Multi ut fallãt, periurant: ut per fidẽ sacramenti fidẽ faciãt uerbi: sicq; fallẽtes dũ periurãt, & mẽtiuntur, hominẽ incautũ dècipiũt. Plerũq; sine iuramẽto loq disponimus, sed incredulitate eorũ, q nõ credũt, quod dicimus, iurare repellimur: taliq; necessitate iurãdi cõsuetudinẽ facimus. Grauiter delinquunt, qui sibi loquentes iurare cogunt. Quacunque arte uerborum quisque iuret, Deus tamen, qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur intelligit.

August.

Hierony.

Gregorius.

Isidorus.

Non est obseruandum iuramentum, quo malum incautè promittimus: ueluti si quispiam adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim non implere sacramentum, quàm permanere in stupri flagitio.

De Mendacio. Cap. LIIII.

Est autem mendacium falsa uocis significatio cum intentione fallendi. Vnde mendacium tunc propriè committitur quando quis uerum occultando falsum affirmat, aut ueritatem, quam nescit, affirmat, & mentitur. Verum triplex est mendacij genus, quod si scire cupis benigne lector, ad tertium sentent. dist. 38. recurras. in præsenti autem cap. de mendacio ut est peccatum citantur auctoritates.

Matheus. Iacobus Ioannes Apostol.



Ominus dicit in Euangelio Matth. 19. Non dices falsum testimonium. Iacob. 3. Nolite gloriari & mendaces esse aduersus ueritatem 1. Ioannis. 2. Omne mendacium ex ueritate non est. Quis autem est mendax, nisi is, qui negat, quoniam Iesus non est Christus? hic est antichristus qui negat patrem & filium.

Paulus. Paul. ad Ephes. 4. Deponentes mendacium loquimini ueritatem, unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra.

Zacharias. Zachariæ. 8. Iuramentum mendax ne diligatis. Loquimini autem ueritatem unusquisq; cum proximo suo; ueritatem & iudicium iudicate in portis uestris.

Esaiæ. Esaiæ 30. Populus ad iracundiam prouocans est, & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei. Ibi. 9. Propheta docens mendacium ipse est caput & cauda.

Hieremias. Hierem. 7. Nolite confidere in-

uerbis mendacij dicentes templum Domini, templum Domini, templum Domini est. Osee. 4. Maledictum, & mendacium & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt: et sanguis sanguinem tetigit. Propter hoc lugebit terra & infirmabitur omnis habitans in ea. Dauid Psal. 5. Odisti omnes qui operantur iniquitatem; et perdes omnes qui loquuntur mendacium. Idem Psal. 115. Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax. Salom. Prouer. 10. Qui nititur mendacijs, hic pascit uentos, idem autem ipse sequitur aues uolantes. Abscondunt odium labia mendacia, qui profert contumeliam insipiens est. Ibi. 12. Abominatio est Dño labia mendacia: qui aũt fideliter agunt placet, ei. Ibi. 14. Liberat animas testis fidelis: profert mendacia uersipellis. Testis fidelis non mentietur; profert mendacia testis dolosus. Ibi. 19. Falsus testis non erit impunitus: & qui loquitur mendacia peribit. Ibi. 30. Duo rogaui te Domine ne deneges mihi antequam moriar. Vanitatem & uerba mendacia longe fac à me. Ecclesiastic. cap. 4. Non contradicas uerbo ueritatis ullo modo: & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. Ibi. 7. Noli amare mendacium aduersus fratrem tuum, neq; in amicum similiter facias. Noli uelle mentiri omne mendacium: assiduitas enim illius non est bona. Ibi. 20. Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indisciplinatorum assidue erit. Potior est fur, quàm assiduitas uiri mendacis: perditionem autem ambo hereditabunt. August. in lib. de conflict. uit. & uir. Nec artificioso mendacio, nec simplici uerbo oportet quenquam decipere, quia quomodolibet mentitur quis, occidit animam. Cùm humilitatis causa mentiris, si non eras peccator, antequàm mentieras, mentiendo efficeris, quod euitaras. Idem ad Casulan. Vterq; reus

Osee, Dauid, Salomon, August.

est, & qui ueritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia & ille prodesse non uult, & iste nocere desiderat. Hieron. super Michæam. Congregationem diuitiarum sequitur mendacium: manus enim assueta thesauros condere, fraudulentam linguam possidet: ueritas paupertatem: mendacium diuitias parit. Idem. Mendaces faciunt, ut nec uera dicentibus credatur. Ambr. in sermon. de Dominica de Abraam. Cauete fratres mendacium; quia omnes qui amant mendacium, filij sunt diaboli; non solùm in falsis uerbis, sed & in simulatis operibus mendacium est. Mendacium nanque est se Christianum dicere, & opera Christi non facere: mendacium est Episcopum, sacerdotem, uel clericum se profiteri, & contraria huic ordini operari. Gregor. lib. 8. Moral. Nonnunquam peius est mendacium meditari, quàm loqui. Nam loqui plerunq; præcipitationis est; meditari uerò studiosæ prauitatis. Mendacij quoq; genus perfecti uiri summopere fugiunt; ut nec uita alicuius per eorum fallaciam defendatur, ne suæ animæ noceant dum præstare nituntur carni alienæ, quanquam hoc peccati genus facillimè credamus relaxari. Nam si quælibet culpa sequenti solet pia operatione purgari, quantò magis hoc facilè abstergitur, quod mater boni operis ipsa pietas admittit? Isidor. de Summo bono lib. 2. cap. 30. Reddit sæpe hominem multa falsitas etiam in ueritate suspectum. Sæpe uera promittit, qui falsa dicturus est: ut cum primum acquisierit fidem: ad reliqua mendacia audientes credulos faciat. Nonnunquam falsitas ueriloquio adiungitur: & plerunq; à ueritate incipit, qui falsa confingit. Latent sæpe uenena circum lita melle uerborum: et tãdiu deceptor ueritatem simulat, quò usq; fallendo decipiat. Nonnunquam peius est mendacium meditari q̃

Hieron.

Ambrosius.

Gregorius

Isidorus.

loqui. Summopere cauendum est omne mendacium. Mendacij genus perfecti uiri summopere fugiunt; ut nec uita cuiuslibet per eorum fallaciam defendatur; ne suæ animæ noceant, dum præstare alienæ carni nituntur. Multa mentiuntur multaq; fingunt homines propter humanam laudem: sicq; fit, ut isti mentiendo pereant, & eos, quos laudant ad uanæ gloriæ ruinam perducant. Idem. Omne, quod à ueritate discordat, iniquitas est, Esto in uerbo uerax, neminem mentiendo fallens. non aliud dicas, & aliud in animo teneas. Veritas malos non amat, nec quærit usuras.

De Detractione. Cap.LV.

DEtractio est denigratio alienæ famæ per occulta uerba. Vel est seminatio mali occultè in proximi iniuriam. Differt detractio à contumelia, quia contumeliosus per aperta dicta intendit honori derogare. Detractor uerò in absentia proximi eius famam lædit. De Detractione igitur ipsa in præsenti cap. plures adducuntur auctoritates.



DIcit Dominus Exodi. 22. Deo non detrahes: et principi populi tui nō maledices. Iac. 4. Nolite detrahere alterutrum fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. 1. Petri. 2. Deponentes oēm malitiā, & omnē dolū, & simulationes et inuidias & omnes detractiones sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem. Paul, ad Roman, 1. Detractores Deo odibiles. 1. ad Corinth. 6. Exodus. Iacobus Petrus Paulus

Nec maledici nec rapaces, regnum Dei possidebunt. Ibi. 10. Neq; murmurauerítis, sicut quedam patrum uestrorum murmurauerunt & perierunt ab exterminatore. Ad Philippen. 2. Omnia autèm facite sine murmuratione & hæsitatione, ut sitis sine querela, & simplices filij sine reprehensione. Salom.

Salomon. prouer. 4. Remoue à te os prauum; & detrahentia labia sint procul à te. Ibi. 13. Qui detrahit alicui, ipse se in futurum obligat: Qui autem timet præceptum in pace uersatur. Ibi. 24. Cum detractoribus ne commiscearis, quoniam repente consurgit perditio eorum: & ruinam utriusq; quis nouit? Cogitatio stulti peccatum est, & abhominatio hominum detractor. Sapien. 1. Tumultus murmurationum non abscondetur. Custodite ergo uos à murmuratione, quæ nihil prodest, & à detractione parcite linguæ. Ecclesiastes. 10. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui occultè detrahit.

August. August. super illud Psal. Pro ee ut me diligerent, detrahebant mihi. Plus nocent in membris detrahentes Christo, qui animas credentium interficiunt, quàm qui eius carnem mox resurrecturam peremerunt. Idem de diffinit. Obloquium est absenti detrahere, & dolosè mordere.

Hieronym. Hierony. in Epist. ad Nepotian. Caue ne aut linguam, aut aures prurientes habeas; idest, aut ne ipse detrahas alijs, aut alios audias detrahentes. Idem in Epist. Non minus auribus, quàm lingua fugias detractionem. Nam detractor dum te uidet non libenter audire, non facilè potest detrahere. Idem ad Celanth. Nulli unquam omnino detrahas, & si aliorum uituperatione te laudabilem uideri uelis, magis tuam uitam ornare disce, quàm alienam carpere: Pauci autem

Gregorius. sunt, qui huic uitio renuncient. Gregor. Super Ezechiel.

chielem homil. 9. Quid aliud detrahentes faciunt, nisi quòd in puluerem sufflant, & in oculos suos terram excitant, & unde puluis detractionis perflauerit, minus inde ueritatis uideant? Parcant singuli detractioni linguæ, custodiantq; sermones suos, & sciant, quia cuncta, quæ de alys loquuntur, sua sententia iudicabuntur. Idem. Cœlorum enim regnum nullus murmurans accipit: nec ullus, qui accipit, murmurare potest. Isidor. Isidorus. *Non detrahas peccanti, sed condole. Quod in alio detrahas, in te potius pertimesce. Detractores omnes reprehendunt, omnes uituperant. Quando alium detrahis, te ipsum discute. Quando alium mordes, tua peccata redargue. Nunquam detrahes, si te benè prospexeris. Vterq; simile crimen impendit, & qui detrahit, & eis, qui detrahentem audit. In Vita Patrum.* In vita Patr. *Melius est comedere carnem & bibere uinum, quàm comedere in uituperationem fratris sui. Sicut susurrans serpens Euam de Paradiso deiecit, sic qui detrahit fratri suo non solùm suam, sed etiam audientis animam perdit.*

De Contentione, & Discordia. Cap. LVI.

EST autem contentio propriè impugnatio ueritatis cũ confidentia clamoris. Largè autem est etiam sine impugnatione ueritatis, Contentio in uerbis, rixa uerò in factis: aliquando tamen nomina hæc confunduntur. Discordia autem est ira acerbior intimo odio & corde concepta. Vnde discordia est quædam uoluntatum disgregatio, qua uoluntas unius fertur in unum, & uoluntas alterius fertur in aliud. De Contentione igitur ipsa atq; discordia in præsenti cap. citantur auctoritates.

Matheus



D*Ominus dicit in Euangelio Matth.* 12. *Omne regnum diuisum contra se desolabitur, & omnis ciuitas uel domus diuisa contra se non stabit*. Ibi. 13. *Inimicus super seminat zizania in medio tritici*. Ibi. 18. *Vè mundo à scandalis. Necesse est enim ut ueniant scandala:* Veruntamen *uè*

Lucas. *homini illi per quem scandalum uenit*. Lucæ. 13. Contendite *intrare per angustam portam: quia multi (dico uobis) quærent intrare & non poterunt*. Iacob. 3. Si zelum amarum ha-

Iacobus. *betis, & contentiones sint in cordibus uestris, nolite gloriari & mendaces esse aduersus ueritatem*. Non est enim *ista sapientia de sursum descendens à patre luminum; sed terrena, animalis & diabolica*. Vbi enim *zelus est & contentio, ibi*

Paulus. *inconstantia & omne opus prauum*. 1. Paul. ad Corinth. 3. *Cum enim sit inter uos zelus & contentio, non ne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* Ibi. 7. In pace enim *uocauit nos* Deus. Ibi. 14. Non enim *est dissensionis* Deus, *sed pacis*. Ad Ephes. 6. *Pax fratribus & charitas cum fide à* Deo *patre &* Domino *nostro* Iesu Christo. 2. Ad Timoth. 2. *Noli uerbis contendere: ad nihil enim utile est, nisi ad subuersionem audientium*. Ad Titum. 3. *Stultas autem quæstiones, genealogias, & contentiones & pugnas deuita. Sunt enim inutiles & uanæ*. Iob. 6.

Iob. *Respondete obsecro absq; contentione; et loquentes, id, quod*

Salomon. *iustum est, iudicate*. Salom. Prouer. 3. *Non cotendas aduersus hominem frustra; cùm ipse tibi nihil mali fecerit*. Ibi. 13. *Inter superbos semper iurgia sunt*. Ibi. 15. Vir *iracundus prouocat rixas: qui uerò patiens est mitigat suscitatas*. Ibi. 16. *Homo peruersus suscitat lites; & uerbosus*

separat principes, Ibi. 17. *Semper iurgia malus quærit: angelus autem crudelis mittetur contra eum*. Ibi. 20. *Honor est homini, qui separat se à contentionibus. Omnes autem stulti miscentur contumelijs*. Ecclesiastic. 4. *Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi*. Ibi. 8. *Non contendas cum uiro locuplete, ne fortè constituat litem tibi. Non litiges cum homine potente, ne fortè incidas in manus illius*. August. ep. cap. 57. *Dissensiones nunquam debent amari: sed aliquando tamen aut à charitate nascuntur, aut charitatem probant. Quis enim facilè inuenitur, qui uelit reprehendi? Et ubi est ille sapiens, de quo scriptum est. Corripe sapientem, & amabit te? Nunquid tamen ideò non debemus reprehendere, et corripere fratrem, ne securus tendat in mortem?* Hieron. Super illud Prouer. 30. *Qui uehementer emungit, elicit sanguinem. Qui modestè alloquitur proximum, gratum accipit responsum, & quasi de uberibus, in quibus lac quærebat, butyrum exprimit. Sed qui incœpto uerbo rixam & discordiam ex fraterno corde prouocat, quasi necessaria ultra modum emungens, sanguinem elicit*. Ambr. In lib. de Patriarch. *Melius est emigrare cum gratia, quàm cohabitare cum discordia. Melius est sine lite abire quàm cum iurgio residere. Nulla spatia possunt esse satis discordibus; quietis & pacificis etiam angusta abundant. Dissonis moribus etiam spatiosa arctantur*. Gregor. in Pastor. *si Dei uocantur filij, qui pacem faciunt, proculdubio Sathanæ sunt filij, qui pacem confundunt. Quisquis ergo seminando iurgia dilectionem proximorum perimit, hosti Dei familiarius seruit*.

August. Hieronymus. Ambrosius. Gregorius

Discordes tamdiu nullum boni operis sacrificium Deo immolant, quandiu à proximorum charitate discordant. Idem Munus à Deo non accipitur, nisi ante discordia ab animo expellatur. Hinc pensari potest, quàm grauis est culpa discordiæ, pro qua nec munus accipitur. Isidor. de Summo bono. lib. 3. cap. 31. Sicut optandum est, ut boni pacem inuicem habeant: sic optandum est, ut mali iuuicem sint discordes. Concordia enim malorum hominum diuiditur, ut electorum uia tendens ad beatitudinem non impediatur. Impeditur autem iter bonorum si mare hoc est unitas non diuidatur iniquorum. Idem. In nulla causa contendas, quia contentio lites parat, contentio lites & rixas gignit. Contentio fauces odiorum accendit, & concordiam contentio rumpit. Sicut construere solet concordia, ita contentio destruit. Idem Soliloq. lib. 2. cap. 22. Si contristaueris in aliquo fratrem tuum, satis fac illi: si peccaueris in eum age pœnitentiam coram illo.

Isidorus.

De Amicitia, & Inimicitia. Cap. LVII.

AMmicitia siue amicus est amor mutuæ beneuolentiæ fundatus super aliqua communicatione, quæ quadruplex est, secundum quòd quadruplex est mutua communicatio, s. naturalis, domestica, ciuilis, & diuina, de qua in præsenti cap. traduntur auctoritates. Animaduersione tamen dignum est, quòd quia qui amicus Dei est, mundum odio habet illumq; sibi proteruum inimicum facit, ob id titulus esse debet, de Amicitia. s. Dei, & Inimicitia. s. mundi.


Ominus dicit in Euangelio Ioannis. 15. Vos amici mei eritis, si feceritis ea, quæ præcipio uobis. Iacob. 4. Adulteri nescitis, quòd amicitia huius sæculi inimica est Deo? Quicunq; ergo uoluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituetur. Paul. ad Rom. 12. Si fieri potest quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non uos metipsos defendentes, sed date locum iræ. Scriptum est enim mihi uindictam, & ego retribuam. Sed & si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Exodi. 34. Caue ne unquam cum habitatoribus terræ iungas amicitias, quæ sint tibi in ruinam. Iob. 7. Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Dei derelinquit. Dauid Psal. 107. In Deo faciamus uirtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros. Salom. Prouer. 3. Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam. Ne dicas amico tuo uade et reuertere, et cras dabo tibi, cum statim possis dare. Ibi. 11. Quid despicit amicum suum, indigens corde est. Ibi. 14. Amici diuitum multi. Ibi. 18. Omni tempore diligit, qui amicus est: & fratris in angustijs comprobatur. Ibi. 19. Diuitiæ addunt amicos plurimos, à paupere autem, & hi quos habuit, separabuntur. Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis. Fratres hominis pauperis oderunt eum, insuper & amici procul recesserunt ab eo. Ibi. 25. Causam tuam tracta cum amico, & secretum extraneo ne reueles. Sicut noxius est, qui mittit lanceas & sagittas in mortem, sic uir, qui fraudulenter nocet amico suo. Ibi. 27. Amicum tuum, & amicum patris tui, ne dimiseris. Ecclesiastic. 6. Amico fideli nulla est comparatio; Amicus fidelis pro-

Ioannes. Iacob. Paulus. Exodus. Iob Dauid. Salomon.

tectio est fortis, qui inuenit illum, inuenit thesaurum. Noli fieri pro amico tuo inimicus proximo. Verbum dulce multiplicat amicos: & mitigat inimicos. Si possides amicum in tentatione posside illum, & non facile credas ei. Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. Est amicus qui conuertitur ad inimicitiam. Est autem amicus, socius mensæ: & non permanebit in die necessitatis. Amicus si permanserit firmus, erit quasi tibi coæqualis; & cum domesticis tuis fideliter aget. Ab amicis tuis attende, & ab inimicis tuis separa te. Amicus fidelis medicamentum est uitæ, & immortalitatis. Ibi. 9. Ne derelinquas amicum antiquum, nouus enim non erit similis illi. Vinum nouum amicus nouus; ueterescat, & cum suauitate bibes illud. Ibi. 12. Non agnoscitur in bonis amicus: & non absconditur in malis inimicus. Non credas inimico tuo in æternum. In labijs suis indulcat inimicus: et in corde suo insidiatur, ut subuertat te in foueam. In oculis suis lachrymatur inimicus: & si inuenerit tempus non satiabitur sanguine. Ibi. 19. Inimico noli enarrare sensum tuum: & si est tibi delictum, noli denudare. Audiet enim te, & custodiet te, & quasi defendens peccatum odiet te. Ibi. 22. Qui conuitiatur amico, dissoluit amicitiam. Fidem posside cum amico in paupertate illius, ut & in bonis illius læteris, in tempore tribulationis illius permane, ut & in hæreditate illius cohæres sis. Amicum salutare non confundaris. A facie illius non te abscondas, & si mala tibi euenerint, per illum sustine. Ad amicum etiam si produxeris gladium non desperes: est enim regressus ad amicum. Si aperuerit os triste, non timeas: Est enim concordatio excepto conuitio, & improperio, & plaga dolosa.

Ibi. 25. Beatus qui inuenit amicum uerum. Ibi. 27. Qui denudat arcana amici, perdit fidem; & non inueniet amicum ad animum suum. Denudare enim amici mysteria desperatio est animæ. Ibi. 28. Memento nouissimorum, & desine inimicari. Vir peccator turbat amicos, & in medio pacem habentium immittit inimicitiam. Ibi. 29. Cum amico tuo confirma uerbum, & fideliter age cum illo: & omni tẽpore inuenies, quod tibi necessariũ est. Ibi. 37. Omnis amicus dicet, & ego amicitiã copulaui: sed est amicus solo nomine amicus. Nonne tristitia inest usq; ad mortem? Sodalis aũt, & amicus ad inimicitiam conuertentur. August. lib. 82. quæstionum. Nihil sic probat amicum, quemadmodum oneris amici supportatio. Nemo nisi per amicitiam cognoscitur: & ideo amicorum mala firmiter sustinemus; quia bona eorum nos delectant & tenent. Idem in quodam sermone. Non enim propterea debes amicum amare ut aliquid tibi præstet, ut pecuniam uel aliquid commodi temporalis, non enim illum amares, sed id, quod tibi præstat. Amicus gratis amandus est propter se, non propter aliud. Si autem coarctat te amicitiæ regula, ut gratis diligas, quàm gratis amandus est Deus, qui iubet ut hominum diligas? Nihil delectabilius Deo. Idem de uera religion. Hæc est perfecta amicitia, qua potius potiora et minus minora diligimus. Idẽ lib. 3. Cõfession. Qui amat nõ laborat: oĩs. n. labor nõ amantibus grauis. Solus amor est qui nomẽ difficultatis erubescit. Amicitia est dulcis propter unitatẽ in multis animis. Nõ est uera amicitia nisi cũ cõglutines inter hærẽtes tibi uera charitate. Hiero. In amicis nõ res quæritur, sed uolũtas, qa et alterũ ab amicis sæpe præbetur, alterũ sola charitas tribuit, eadẽ uelle, et eadẽ nolle firma amicitia ẽ. Idẽ ĩ Epi.

Ambrosius

August.

Gregor. in

Hieronym. ad Demetriadẽ

De amicitia omnis tollenda est suspitio, & sic cum amico quasi cum altero sese loquendum. Idem Super Michæam proph. Delicata est amicitia, quæ amicorum fœlicitatem & diuitias sequitur. Ambr. lib. 3. Offic. Solatium huius uitæ est, ut habeas cui pectus tuum aperias, cui arcana communices, cui secreta tui pectoris committas, ut colloces tibi fidelem uirum, qui in prosperis gratuletur tibi, in tristibus compatiatur, in persecutionibus adhortetur; facilis uox, & communis, tuus sum totus, sed paucioris est effectus. Meliores amicitiæ plerunq; sunt inopum, quàm diuitum: & frequenter diuites sine amicis sunt, quibus abundant pauperes. Non est uera amicitia, ubi est fallax adulatio. Defer amico, ut æquali, nec te pudeat si præuenias amicum in officio. Amicitia enim superbiam nescit. Nam sicut amoris est deferre, ita qui odit, quæstiones mouet: & qui amat, defert reuerentiam. Greg. in Pastor. Cùm incautè malorum amicitijs iungimur, eorum culpis ligamur; ab illo, qui summè rectus est, eo ipso iam discrepat, quo malorum amicitijs uita nostra concordat. Isidor. de Summo bono lib. 3. cap. 28. Amicitia prosperas res dulciores esse facit, & aduersas communione temperat, leuioresq; reddit: quia dum in tribulatione amici consolatio adiungitur, nec frangitur animus, nec cadere patitur. Tunc uerè amicus amatur, si non pro se, sed pro Deo ametur. Qui uerò pro se amicum diligit, insipienter eum amplectitur. Ibi. 29. Sæpe per simulationem amicitia colitur, ut qui non potuit apertè decipere, decipiat fraudulenter. Amicitia certa nulla ui excluditur, nullo tempore aboletur. Vbicunq; enim se uerterit tempus, illa firma est. Per aduersa & prospera comprobatur, si utiq; proximus diligatur: quia dum aduersa procedunt, amicus fraudulentus detegitur,

Ambrosius.

Gregorius

Isidorus.

statimq;

statimq; despicit. quem se diligere simulauit. Rari autem sunt amici, qui usq; in finem chari existant. Quos enim ante conglutinatos charitate habuerunt, postquam ad culmen honoris uenerint, amicos habere despiciunt. Ibi.30. Illa uera est amicitia, quæ nihil quærit ex rebus amici nisi solam beniuolentiam, ut. s. gratis amet amantem. Plerunq; amicitia ex necessitate uel indigentia nascitur, ut sit per quem quisq; quod desiderat, consequatur. Ille autem eam ueraciter quærit, qui nihil egendo eam appetit. Nam illa ex inopia breuis est & fugata, ista pura atq; perpetua. Ibi.31. Amicitia in rebus tantum bonis habenda est. Nam qui ea in malo utuntur, non sibi amici, sed inimici existunt. Idem in Soliloq. Non sis leuis in amicitia. Retine semper uinculum constantiæ. Melius est inimicitias hominum infidelium subire perpetuas, quàm Dei offensas amicitys noxÿs prouocare.

De Consortio bonorum, & malorum. Cap. LVIII.

C*Onsortium ipsa societas dicitur, & consors particeps; socius eiusdem sortis & conditionis, & potest trahi ad bonam, & ad malam partem. Nam bonus in consortio bono, & malus in malo; & ita cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Et sic in præsenti cap. citantur authoritates de consortio bono & malo, ut & alterum sequamur, alterum penitus fugiamus.*



Ominus dicit in Euangelio Matth. 12. Bonus homo de bono thesauro profert bona. Et malus homo de malo thesauro profert mala. Mathæus. *1. Paul. ad Corinth. 5. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Ibi.15. Corrumpunt* Paulus.

bonos mores colloquia mala. 2. ad Timoth. 2. Discedant ab iniquitate omnes, qui inuocant nomen Domini. Idem ad Philipp. 3. Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam uobis, quorum finis interitus, quorum Deus uenter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.

Petrus. Nostra autem conuersatio in cœlis est. 1. Petri. 1. In timore incolatus uestri tempore conuersamini, scientes quòd non corruptibilibus auro uel argento redempti estis de uana uestra conuersatione paterne traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni

Iacobus. incontaminati & immaculati Christi. Iacob. 3. Quis sapiens & disciplinatus inter uos? Ostēdat ex bona cōuersatione operatio

Dauid. nē suā in mansuetudine sapientiæ. Dauid. Psal. 17. Cū sācto sanctus eris, & cum uiro innocente innocens eris, & cū electo ele

Salomon. ctus eris, & cum peruerso peruerteris. Salom. Prouer. 1. Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Ibi. 3. Ne emuleris hominem iniustum, nec imiteris uias eius. Ibi. 13. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: Amicus autem stultorum similis efficietur. Eccles. 7. Discede ab iniquo, & deficient mala abs te. Ibi. 8. Ne despicias narrationem presbyterorum sapientium; & in prouerbijs eorum conuersare. Ibi. 9. Viri iusti sint tibi conuiuæ: & in timore Dei sit gloriatio tua. Ibi. 13. Qui teti gerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit super bo, induet superbiam. Pondus super se tollit, qui honestiori se communicat. Et ditiori te ne socius fueris. Ibi. 37. Quemcunq; cognoueris obseruantem timorem Dei, assiduus ei esto. Ibi. 41. Fili abominationum sunt filij peccatorum: & qui conuersantur secus domus impiorum. Ibi. 12. Qui comitatur cum uiro iniquo, et obuolutus est in peccatis eius, una hora tecū permanebit:

Si aũt declinaueris, non supportabit te. August. De doct. Christian. In diuersis cõuersationibus nulla disciplina melior graui, et prudenti Christiano: nisi ut eo modo agat, quo agere uiderit ecclesiam, ad quam fortè deuenerit ad discendũ, quod opus est. Augusti.

Hieron. in Epist. ad Demetriadem. Semper in comitatu tuo graues fœminas habeas: mores enim, & studia dominarũ plerũq; ex ancillarum & comitantiũ moribus iudicantur: qualis enim quæq; sit, talium consortio delectatur. Hieronymus.

Ambr. in quadam epist. Magis mores cõmendãt statũ, q̃ status mores. etenim quo status inferior, eò uirtus eminentior. Idẽ. Sanctorũ uita cæteris norma uiuẽdi eius. Idẽ super Lucã lib. 4. Caueamus perfidũ, caueamus proditorem, ne per unũ plurimi fluctuemus. Ambrosius

Greg. super Ezechielẽ hõm. 9. Infirmi debent uitare societatẽ prauorũ, ne mala, quæ frequẽtẽr aspiciũt, et corrigere nõ ualẽt, delectẽtur imitari. Idẽ lib. 1. Moral. super illud Iob. Vir erat in terra etc. Non ualde laudabile ẽ bonũ esse cũ bonis, sed bonũ esse cũ malis. Sicut enim grauioris culpæ est inter bonos bonũ nõ esse: ita immensi est præconij, bonũ ẽt inter malos extitisse. Idem. Qui sancto uiro adhæret, ex eius assiduitate & usu loquutionis exẽplum accipit, ut accendatur in amore ueritatis. Gregorius

Isidor. de Summo bono lib. 3. cap. 44. Bonus bonũ docet & malus malũ: et bonus malũ, & malus bonũ. quod tñ fit iuxta meritũ populorũ. Hi, qui supernã patriã desiderant, non solum malorũ mores, sed ẽt consortia fugiunt. Si fueris socius cõuersationis bonorũ, eris et uirtutis eorum. Similis enim simili coniungi solet. Periculosum est uitam cum malis ducere: Periculosum est cum his, qui prauæ uoluntatis sunt, sociari. Melius est habere malorum odium, quàm eorum consortium. Sancta conuersatio confundit inimicum, ædificat proximum, glorificat Deum. Isidorus.

DE *filijs atq; parentibus uariæ citantur auctoritates in hoc cap. qualiter inter se se haberi & amari debeant, primò secundum charitatis ordinem, qui efflugitat, ut* Deus *summè, incomparabiliter & sine mensura diligatur, deinde propria anima, &c. deinde obedire parentibus, & debita obsequia eis præstare, nec odio habendi sunt, nisi quatenus ad culpam, quam habent, uel si obsint filijs in uia* Dei *secundum euangelij uerba*. De *ipsis ergo in præsenti cap. affluenter traduntur auctoritates.*



Matheus. DOminus *dicit in* Euãgelio Matth. 10. Qui *amat patrẽ aut matrẽ plusq; me, non est me dignus.* Et *qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus.* Lucæ. 18. Nemo *est qui relinquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum* Dei, *& non recipiat multò plura in hoc tempore, & in seculo futuro uitam æternam.* 2.

Lucbas.

Paulus. Paul. *ad* Corinth. 12. Non *debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs.* Ad *Ephesios.* 6. Filij *obedite parentibus uestris in* Domino, *& uos patres nolite prouocare ad iracundiam filios uestros, sed educate illos in disciplina & correptione* Domini. Leuitic. 19. V*nusquisq; patrem suum, & matrem suam timeat.*

Leuiticus Ibi. 20. Qui *maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur: patriq; matriq; qui maledixerit, sanguis eius sit super eum.*

Tobias. Tobiæ. 7. Benedictio *sit tibi fili mi, quia boni & optimi uiri filius es.*

Iob. Iob. 27. Si *multiplicati fuerint filij hominis impij in gladio erunt: & nepotes eius non sa-*

turabuntur pane. Ezechielis. 18. Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. Sed anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Iohel. 1. Verbũ Dñi filijs uestris narrate, et filij uestri, et filij eorũ gñationi alteræ. Dauid Psal. 127. Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dñm. Benedicat tibi Dominus Sion: & uideas bona Hierusalem omnibus diebus uitæ tuæ. Et uideas filios filiorum tuorum, pacem super israel. Ibidem. Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Salom. Prouer. 13. Bonus relinquit filios & nepotes. Qui parcit uirgæ, odit filium suum: qui autem diligit illum, instanter erudit. Ibi. 15. Filius sapiens lætificat patrem: & stultus despicit matrem suam. Ibi. 17. Ira patris filius stultus, & dolor matris, quæ genuit eum. Corona senum filij filiorum: & gloria filiorum parentes eorum. Ibi. 19. Qui affligit patrem, & fugit matrem ignominiosus erit & infelix. Ibi. 20. Qui maledicit patri suo & matri, extinguetur lumen eius in medijs tenebris. Ibi. 23. Audi patrem tuum, qui genuit te, & ne contempseris cùm senuerit mater tua. Ibi. 29. Erudi filium tuum, & refrigerabit te: & dabit delitias animæ tuæ. Virga atq; correctio tribuit sapientiã: puer aũt, q dimittitur uolũtati suæ, cõfundet matrẽ suã. Ecclesiastici. 3. Bñdictio patris firmat domos filiorũ maledictio aũt matris eradicat fundamẽta. Ne glorieris in cõtumelia patris tui: nõ. n. est tibi gloria, sed confusio. Gloria. n. hominis ex honore patris sui, & dedecus filij pater sine honore. Quàm malefamæ est, qui dereliquit patrem: & est maledictus à Deo, qui exasperat matrem. Fili suscipe senectam patris tui; & non contristes eum in uita illius: & si defecerit sensu, ueniam da, & ne spernas eum in tua uirtute. Ibi. 7. In omni uirtute dilige eum, qui fecit te: &

Ezechiel.
Iohel.
Dauid
Salomon.

ministros eius ne derelinquas. Ibi. 7. *Filij tibi sunt, erudi il los, & cura illos à pueritia eorum*. *Filiæ tibi sunt, serua cor pus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas: Ne iucunderis in filijs impijs: Si multiplicentur, ne oblecteris super filias, si non est timor Dei in illis. Melior est unus timens Deum, quàm mille filij impij*. Ibi. 30. *Qui diligit filium suum assiduat illi flagella: ut lætetur in nouissimo suo. Qui docet filium suum, in cœlum mittit: & in medio amicorum gloriabitur in illo. Qui docet filium suum, laudabitur in illo: & in medio domesticorum gloriabitur in illo. Lacta filium tuum, & pauentem te faciet: Lude cum eo, & contristabit te. Non corrideas illi, ne condoleas; & in nouissimo obstu pescent dentes tui. Non des illi potestatem in iuuentute, & ne despicias cogitatus illius. Doce filium tuum, & operare in illo: ne in turpitudinem illius offendas*. Ibi. 32. *A filijs tuis caue, & à domesticis tuis separate*. Ibi. 33. *Filio, mu lieri, fratri, & amico non des potestatem super te in uita tua, ne forte pœniteat te. Melius est enim, ut filij tui te rogent, quàm te respicere in manus filiorum tuorum*. Ibi. 42. *Super filium luxuriosum firma custodiam, ne quando faciat se uenire in opprobrium ini micis, & confundat te in multitudine po puli*. Ibi. 15. *Vtilius est sine filijs mori, quam relinquere fili os impios*.

Augus. August. de uerbis Domini. Serm. 6. *Pater et ma ter si ratione sunt educantes te, si in Christo nutrientes te, audiendi sunt, & in omnibus obtemperandum est eis in omni iussione*. Idem. *Discant parentum suorum filij, iniquita tes sibi non obesse posse*.

Hieronym. Hieron. *tractans illud*. *Honora pa trem & matrem. Meretur cæcitatis subire supplicium, qui parentum suorum toruo uisu despexerit, et elatis oculis læserit*

pietatem. Idem *super illud* Matth. 10. *Qui amat patrem &c.* *Si necessitas uenerit, ut amor parentum siue filiorũ amori* Dei *cõparetur, et nõ possit utrũq; seruari, odiũ in suos, pietas in* Deũ *seruanda est.* Idẽ *in* Epist. ad Heliodorum. *Gladiũ tenet hostis ut me perimat, & ego de matris lachrymis cogitabo.* Vir *sapiẽs quando filiũ suũ bonæ indolis amittit, nõ doleat quòd talẽ perdiderit, sed gaudeat, quòd talem habuerit.* Ambr. *de* Offi. *Est approbanda liberalitas; ut proximos seminis tui non despicias, si egere cognoscas, non tamen ut illi dictiores fieri uelint ex eo, quod tu potes conferre inopibus.* Gregor. *in quadã hom. super* Euangelia. *Diligamus illos, q nobis cognatione coniuncti sunt: & quos proximos nouimus diligamus: & quos aduersarios in uia* Dei *compatimur, odiendo & fugiendo nesciamus.* Isidor. *de Summo bono lib. 3. cap. 21. Sicut nostra nobis non odienda est anima, sed eius carnales affectus odio habere debemus: ita nec parentes odio habendi sunt, sed eorum impedimenta, quæ nos ab itinere recto prepediunt: dum tamen* Dominus *ita præcipit à nobis parentes odire, sicut & animas nostras.*

Ambrosius

Gregorius.

Isidorus.

De Honore parentum. Cap. LX.

E*St autem honor propriè reuerentia, & dignitas, quæ ex causa alicui exhibetur. Et quoniam multa sunt, propter quæ honorem exhibere solemus, & præcipuè parentibus: ideo in hoc cap. de honore, qui parentibus exhiberi debet, copiosæ citantur auctoritates.*

Mathae us.
Marcus.

Paulus



Ominus dicit in Euangelio Matth. 15. et Marc. 7. Honora patrem, & matrem tuam, ut bene sit tibi. Et qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Paul. ad Ephes. 6. Filij obedite parentibus uestris in Domino. Hoc enim est. Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi, & sis longæuus super terram, & uos patres nolite prouocare ad iracundiam filios uestros, sed educate illos in disciplina & correptione Domini. Idem ad Colossen. 3. Filij obedite parentibus super omnia, per hoc enim placitum est Domino. Deuteron. cap. 4.

Deuterono.

Honora patrem tuum, et matrem sicut præcepit tibi Dominus deus tuus, ut longo tempore uiuas, & bene sit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. Ibi. cap. 27. Maledictus q non honorat patrẽ suum, & matrem suam, & dicet omnis populus. Amen. Exodi. 20. Honora patrem tuum & matrem tuam, ut sis longæus super terram, quam Dominus Deus dabit tibi. Ibi. 21. Qui percusserit patrem suum aut matrem, morte moriatur. Leuitic. cap. 19. Vnusquisq; patrem suum, & matrem suam timeat. Ibi. 20. Qui maledixerit patri suo aut matri, morte moriatur. Patriq; matriq; qui maledixerit, sanguis eius sit super eum. Malachiæ. 1. Filius honorat patrem, & seruus dominum suum. Tobiæ. 4. Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus uitæ eius. Memor enim esse debes quæ & quanta pericula passa sit propter te in utero suo. Salom. Prouer. 19. Qui affligit patrem, & fugit matrem, ignominiosus erit & infelix. Ibi. 20. Qui maledicit patri suo, & matri extinguetur lumen eius in medijs tenebris. Ibi. 30. Oculum, qui subsannat patrem, & qui despicit

Exodus.

Leuiticbus.

Malachias.
Tobiæ.

Salomon.

partum

partum matris suæ, suffodiant eum corui de torrentibus; & comedant eum filiæ aquilæ. Ecclesiastic.3. Sicut qui thesaurizat, ita qui honorificat patrem suum. Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filijs: & in die orationis suæ exaudietur. Qui honorat patrem suum, uita uiuet longiore, & qui obedit patri, refrigerabit matrem. Qui timet Dominum, honorat parentes: & quasi dominis seruiet eis, qui eum genuerunt in opere, & sermone & omni patientia. Honora patrem tuum, ut superueniat tibi benedictio à Deo: et benedictio illi in nouissimo manet. Bñdictio patris firmat domos filiorũ, maledictio aũt matris eradicat fundamenta. Gloria hominis ex honore patris sui: & dedecus filij pater sine honore. Quàm malæ famæ est, qui derelinquit patrem; & est maledictus à Deo, qui exasperat matrem. Ibi.7. Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. Memento quoniam nisi per illos natus non fuisses: & retribue illis, quomodo & tibi illi. Ibi. 44. Laudemus uiros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua. August. in serm. quodam. Amandus est generator, sed præponendus est creator. Hieron. tractans illud. honora patrem tuum &c. si te caro à patre separat, tandiu noscas carnis copulam, quandiu ille suum nouerit creatorem. Idem in Epist. ad Ruffin. Sicut boni filij adulterorum nulla est deffensio, sic mali filij coniugatorum nullum crimen est matrimonij, quia non in seminibus, sed in uoluntate nascentis causa uitiorum est atq; uirtutũ. Ambr. super illud Matth.15. Honora patrem. Primus gradus pietatis est iste, ut quos authores tibi uoluit esse Deus, honores obsequijs, abstineas contumelijs, nec uultu lædenda est pietas parentum. Idem super Lucam. Non iniuriosè negligit matrẽ, nec mater negatur, quæ de cruce etiam agnoscitur. Basilius.

August.

Hieron.

Ambrosius


Basilius

Parentes nostros ut propria uiscera diligamus, si accedere nos ad seruitutem Christi non prohibuerint. Si autem prohibuerint, nec sepulturam illarum aspicere debemus. Isidor. De
Isidorus. Summo bono lib.3. cap.21, Multi enim monachorum amore parentum non solum terrenis curis, sed etiam forensibus iurgiis inuoluuntur, & pro suorum temporali salute animas perdiderunt. Parentibus enim carnaliter præstatur, quod extraneis piè impenditur: Sicut nostra nobis non odienda est anima, sed eius carnales affectus odio habere debemus: ita nec parentes odio habendi sunt: sed eorum impedimenta, quæ nos ab itinere recto præpediunt: dumtamen Dominus ita præcipit à nobis parentes odire, sicut & animas nostras.

De Seruis, & Dominis, Cap. LXI.

DE fidelitate seruorum, cōditione, & premio, inde de cōditione & modo Dominorū erga seruos in hoc cap. curiose lector per pulchras auctoritates inuenies.

Lucas.



Ominus dicit ī Euāgelio Lucæ 12. Beati sunt serui illi, quos cū uenerit Dn̄s īuenerit uigilātes amē dico uobis, ꝙ præcinget se, et faciet illos discūbere, et trāsiens ministrabit illis. Matth. 6. Nemo seruus pōt duobus dn̄is seruire; aut.n. unum odit, et alterū diliget, aut uni adhærebit, et alterū contēnet. Ibi. 10. Nō est discipulus supra magistrū, nec seruus super dn̄m suū Sufficit discipulo, ut sit sicut magister eius, & seruo sicut dn̄s eius. 1. Petr. 2. Serui subditi estote in omni timore dn̄is, nō tantū bonis et modestis, sed ēt discholis. 1. Paul. ad Timoth 6. Qui-

Matthæus.

Petrus

Paulus.

cunq; sunt sub iugo serui dominos suos dignos omni honore arbitrentur. Ad Ephes.6. Serui obedite dñis uestris carnalibus cum timore & tremore in simplicitate cordis uestri sicut Christo. Non ad osculum seruiẽtes, quasi hominibus placentes; sed ut serui Christi facientes uoluntatem Dei ex animo cum bona uoluntate seruientes sicut Dño, & non hominibus: sciẽtes quoniã unusquisq; quodcũq; fecerit bonum, hoc recipiet à Dño, siue seruus sit, siue liber. Et uos dñi eadem facite illis: remittentes minas, scientes quia & illorum & uester dñs est in cœlis, & personarum acceptio non est apud eum. Ad Colossen.4. Dñi quod iustum est & æquum seruis præstate, scientes quoniã et uos Dñm habetis in cœlo. Ad Rom.10. Nã idẽ Dñs omniũ, diues in oẽs, qui inuocant illũ. Deuteron.cap.5. Requiescas seruus tuus, & ancilla tua sicut & tu. Memento q & ipse seruieris, & eduxerit te inde dñs Deus tuus in manu forti et brachio extẽto.1.Regũ.25. Hodie increuerũt serui, qui fugiũt dños suos. Dauid Psal.122. Sicut oculi seruorũ ĩ manibus dñorũ suorũ; et sicut oculi ancillæ ĩ manibus dñæ suæ: ita oculi nostri ad Dñm nostrũ donec misereatur nostri. Salom. Prouer.17. Seruus sapiẽs dñabitur filijs stultis; et inter fratres hæreditatẽ diuidet. Ibi.19. Nõ decẽt stultũ delitiæ, nec seruũ dñari principibus. Ibi.29. Seruus uerbis nõ potest erudiri, qa quod dicis intelligit, & respondere contemnit. Qui delicatè à pueritia sua nutrit seruum suũ, postea illũ sentiet contumacem. Ecclesiastic.7. Nõ lædas seruũ in ueritate operantẽ: neq; mercennariũ dantẽ animã suã. Seruus sapiens sit tibi dilectus quasi anima tua: nõ defraudes illũ libertate, neq; inopẽ derelinquas illũ. Ibi.10. Seruo sẽsato liberi seruiũt: inscius aũt nõ honorabitur. Ibi.33. Cibaria et uirga, et onus asino, panis & disciplina, & opus seruo.

Deuterono.

Regum

Dauid.

Salomon.


Iugum & lorum curuant collum durum; & seruum inclinat operationes assiduæ. Seruo maliuolo tortura & compedes, mitte illum in operationem ne uacet. Multam enim malitiam docuit otiositas. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua. Quasi fratrem, sic eum tracta. Si læseris eum iniustè, in fugam conuertetur. Laxa manus seruo, & quærit libertatem. In opere constitue seruum: sic etenim condecet illum. August. de Ciuitate Dei lib. 4. Bonus etiam si seruiat, liber est: malus autem si regnat, seruus est: nec est unius hominis. Sed quod grauius est, tot dominorum, quot uitiorum. Hieron. Epist. 92. Querulum genus seruorum est. Idem satis diues est, qui pane non indiget: & nimis potens, qui seruire non cogitur. Idem in Epist. ad Simplician. Et sapienti seruire libertas est. ex quo colligitur, quòd stulto imperare, seruitus est, & quod peius est, cùm paucioribus præsit, pluribus dominis & grauioribus seruit. Seruit enim proprijs passionibus, seruit suis cupiditatibus, quarum dominatio nec nocte, nec die fugari potest, quia intra se dominos habet, intra se seruitium patitur intolerabile. Ambr. de Iacob. & uita beata. lib. 2. Seruit quicunq; uel metu frangitur, uel delectatione irretitur, uel cupiditatibus ducitur, uel indignatione exasperatur, uel mœrore deijcitur. Seruilis enim est omnis passio. Gregor. in Registro cap. 17. Liquet quòd omnes homines natura æquales genuit, sed uariante meritorum ordine, alios alijs culpa præponit. & quia omnis homo æquè stare non ualet, alter idcirco regatur ab altero. Isidor. de Summo bono lib. 3. cap. 47. Aequus Deus ideo discreuit hominibus uitā alios seruos constituens, alios dominos, ut licentia malè agendi seruorum potestate dominantium restringatur. Nam si omnes sine metu fuissent, quis esset, qui à malis quempiam prohiberet?

August. Hieronymus. Ambrosius. Gregorius. Isidorus.

Vnus autem dominus æqualiter & dominis fert consultum & seruis. Ibidem Melior est subiecta seruitutis quàm elata libertas. Cypri. Qualem cupis erga te esse dominum, talis esto ipse erga seruum tuum. Cyprianus

De Senibus, & Iuuenibus. Cap. LXII.

DE Conditione, studijs, & exercitijs, & id genus alijs, quæ Senes, & similiter Iuuenes tenere, & amplecti debent; & de his, quoq; quæ fugere & uitare tenentur, multas hic author tradit auctoritutes.



Ominus dicit in Euangelio Marci.10. Sinite paruulos uenire ad me talium enim est regnum cœlorum. Marcus. Matth. 18. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnũ cœlorum. Mathæus Ioan. 21. Cum senueris, extendes manus tuas & alius tu cinget & ducet quo tu non uis. Ioannes 1. Paul. ad Timoth. 5. Seniorem ne increpaueris, sed obsecra ut patrem; Iuuenes ut fratres, anus ut matres, iuuenculas ut sorores in omni castitate. 2. Ibi. 2. Iuuenilia desideria fuge, sectare uerò iustitiam, fidem, spem, charitatem, & pacem cum his, qui inuocant Dominum de corde puro. Paulus. Ad Titum. 2. Senes sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, dilectione, & patientia. Iuuenes similiter sobrij sint. Anus similiter in habitu sancto non criminatrices, non multo uino seruientes, bene docentes, ut prudentiam doceant. Adolescentulæ uiros suos ament, filios diligant, prudentes, castæ, sobriæ, domus curam habentes, benignæ, subditæ uiris suis: ut non blasphemetur

uerbum Dei. Idem. 1. ad Corinth. 14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote. 1. Ioannis. 2. Scribo uobis adolescentes; quoniam uicistis malignũ. Scribo uobis infantes; quoniã cognouistis patrẽ. Scribo uobis patres, quoniã cognouistis eũ, q ab initio ẽ. Scribo uobis iuuenes; quoniã fortes estis, et uerbũ Dei manet ĩ uobis, et uicistis malignũ. Leuitic. 19. Corã cano capite cõsurge, et honora personã senis. Iob. 12. In antiqs est sapiẽtia. et in multo tẽpore prudentia: Dauid Psal. 148. Iuuenes & uirgines, senes cum iunioribus laudent nomen Domini. Salom. Prouer. 1. Auersio paruulorum interficiet eos. Ibi. 8. Intelligite paruuli astutiam, & insipientes animaduertite. Ibi. 9. Relinquite infantiam, & uiuite, & ambulate per uias prudentiæ. ibi. 16. Corona dignitatis senectus, quæ in uijs iustitiæ reperietur. Ibi, 17. Corona senum filij filiorum, & gloria filiorum patres eorum. Ibi. 20. Ex studijs suis intelligitur puer, si munda & recta sunt opera eius. Exultatio iuuenum fortitudo eorum; & dignitas senum canities. Ecclesiastes. 11. Lætare iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ; & ambula in uijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum: & scito quòd pro omnibus his adducet te Deus in iudicium. Ibi. 4. Melior est puer pauper & sapiens, rege sene & stulto; qui nescit præuidere in posterum. Ecclesiastic. 8. Ne spernas hominem in sua senectute, etenim ex nobis senescunt. Nec te prætereat narratio seniorum: ipsi enim didicerunt à patribus suis. Ibi. 25. Tres species odiuit anima mea, & aggrauor ualde animæ illorum. Pauperẽ superbũ; diuitẽ mendacẽ; et senẽ fatuũ & insensatũ. Quæ in iuuentute tua nõ cõgregasti, quo in senectute tua inuenies? Quàm speciosa ueteranis sapien

Ioannes Apostol.

Leuiticbus.

Iob.

Dauid.

Salomon.

a, & gloriosus intellectus & consilium. Corona senum mul a peritia; & gloria illorum timor Dei. Ibi. 32. Loquere ma or natu, decet enim te. Adolescens loquere in tua causa uix cùm necesse fuerit. In multis esto quasi inscius, & audi ta cens simul & quærens. In medio magnatorum loqui non præ sumas; & ubi sunt senes, non multum loquaris. August. su per Psal. 113. Sit senectus nostra puerilis, & pueritia senilis. idest ut nec sapientia nostra sit cum superbia, nec humilitas sine sapientia. Idem in quodam sermone. Infantia nostra in nocentia sit, pueritia sit reuerentia, adolescentia patientia, iu uentus uirtus, senium meritum, senectus nihil aliud, quàm ca nus sapiensq; intellectus. Cùm sola uitia in sene senescant, sola auaritia iuuenescit. Hieron. in epist. ad Nepotianum. Oēs penè uirtutes corporis mutātur in senibus, et crescēte sola sapiētia, crescūt cæteræ uires. Quia amor sapiētiæ, et marcescen te corpore dilectorē suū nō deserit. Ibidē Senectus eorū, q adole scentiā suā honestis artibus instruxerūt, et in lege Dñi meditati sunt die ac nocte, ætate fit doctior, usu certior, processu tēporis sa piētior, et ueterū studiorū fructus dulcissimos metit. Ibidē. Sicut ignis ī lignis uiridibus suffocatur, ita sapiētia in adolescētia tēta tionibus et libidine impedita nō explicat suū fulgorē, nisi labore et studio, et oratione incētiua iuuētutis intrà repellātur. Ambr. ī Serm. de Pascha. Bonus trāsitus ē trāsire de peccato ad iusti tiā, de uitijs ad uirtutes, de senectute ad infantiā. ad infantiā aūt dico, nō ætatis, sed simplicitatis. Aetates quædā sūt meritorū. Nā et senectus morū, inuenitur in pueris: & innocentia infantiū inuenitur in senibus. In libro de Offi. Honor adolescentium est timorem Dei habere, parentibus deferre, honorem habe re senioribus, castitatem tueri, humilitatem non aspernari,

August.

Hieronym.

Ambrosius

diligere clementiam & uerecundiam, quæ ornamenta sunt iuuenili ætati. In senibus grauitas, in iuuenibus alacritas, in adolescentibus uerecundia commendatur. Gregor. in Pastoral. Iuuenes plerunq; seueritas admonitionis ad profectum dirigit. Senes uerò ad meliora opera deprecatio blanda componit. Idem in Registro. Paulus dicit. Seniorem ne increpaueris. Hæc regula in eo seruanda est, cùm culpa senioris exemplo suo non trahit ad interitum corda iuuenum. Vbi autem senior ad interitum iuuenibus exemplum præbet, ibi districta increpatione feriendus est. Basil. In quibusdam te exhibe senem, in quibusdam infantem. Perfectus enim dicitur, non qui in ætate, sed qui in sensu perfectus est. Non tibi obest puerilis ætas si fueris paruus mente perfectus. Nec senilis proderit ætas, si paruulus fueris sensu. Cyprian. lib. 12. de Abusionibus. Sicut in senibus sobrietas & morum perfectio requiritur, ita in adolescentibus obsequium & subiectio & obedientia ritè debetur. Sicut fructus non inuenitur in arbore, in qua flos prius non apparuit: sic in senectute honorem legitimum consequi non potuit, qui in adolescentia disciplinæ alicuius exercitatione non laborauit. Disciplina igitur absq; obedientia qualiter fieri potuit? Adolescens ergo sine obedientia, adolescens sine disciplina est.

Gregorius. Basilius. Cyprianus.

De Diuitibus, & Pauperibus. Cap. LXIII.

D*E conditione & statu diuitum, & de ipsorum difficultate intrandi in regnum cœlorum. De statu quoq; pauperum conditione, & gloria, & quod ij minime spernendi sint, multas hic congestas auctoritates inuenies.*

Dominus



Ominus dicit in Euangelio Matth. 19. Diues difficile intrabit in regnum cœlorum. Et iterũ, facilius est camelum intrare per foramẽ acus, quàm diuitem in regnum cœlorum. Lucæ. 6. Væ uobis diuitibus, qui habetis hic consolationẽ ueſtram. Ibidem, & Matth. 5. Beati pauperes spiritu quoniã ipsorum est regnum cœlorum. Marc. 10. Filioli quam difficile est confidentes in pecunijs in regnum Dei introire. Iacobi. 1. Glorietur frater humilis in exultatione sua: diues autem in humilitate sua; quoniam sicut flos feni transibit, & ita diues in itineribus suis marcescet. Ibi. 2. Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide & heredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se. Ibi. 5. Agite nunc diuites, plorate ululantes in miserijs uestris quæ aduenient uobis. Diuitiæ uestræ putrefactæ sunt, & uestimenta uestra à tineis comesta sunt. Aurum & argentum uestrum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium uobis erit; et manducabit carnes uestras sicut ignis. Thesaurizastis uobis iram in nouissimis diebus. 1. Paul. ad Timoth. 6. Diuitibus huius seculi præcipe non superbè sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum: sed in Deo uiuo, qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum benè agere, diuites fieri in operibus bonis facilè tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant ueram uitam. Ibidem: Qui uolunt diuites fieri incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa & inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. 2. Ad Corinth. 6. Viuamus sicut egentes, multos autem locupletantes. Tanquam nihil habentes & omnia possidentes. Ibi. 4. Quæ enim uidentur temporalia

Matthæus. Lucas. Iacobus Paulus.

sunt; quæ autem non uidentur, æterna sunt. Ibi. 8. *Scitis.n. gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter uos ege= nus factus est, cum esset diues; ut illius inopia uos diuites esse= tis*. Deuteron. 15. *Non deerunt pauperes in terra habitatio nis tuæ: Idcirco præcipio tibi, ut aperias manum fratri tuo ege no & pauperi, qui tecum uersatur in terra*. 1. Regum. 2. *Dominus pauperem facit & ditat: humiliat & sublcuat. Su scitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem: ut sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat*. Hieremiæ. 9 *Non glorietur sapiens in sapientia sua, nec diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur scire & nosse me, quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam & iudicium*. Iob. 20. *Diuitias, quas impius deuorauit, euomet: & de uentre il lius extrahet eas Deus*. Ibi. 21. *Alius moritur robustus di ues & fœlix, uiscera eius plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur. Alius uerò moritur in amaritudine animæ suæ absq; ullis opibus: & tamen simul in puluere dormient, & uer mes operient eos*. Dauid Psal. 9. *Quoniam non in finem obli= uio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem*. Idem Psal. 36. *Melius est modicum iusto, super diuitias pec catorum multas*. Idem psal. 33. *Non est inopia timentibus Deum. Diuites eguerunt & esurierunt, inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono*. Psal. 48. *Qui confi= dunt in uirtute sua: & in multitudine diuitiarum suarum glo riantur. Relinquent alienis diuitias suas: & sepulchra eo= rum domus illorum in æternum*. Psal. 61. *Rapinas nolite concupiscere: & diuitiæ si affluant, nolite cor apponere*. Idem Psal. 21. *Edent pauperes & saturabuntur: & laudabunt Do minum, qui requirunt eum. uiuent corda eorum in sæculū sæculi*.

Deuterono. Regum Hieremias. Iob. Dauid.

Sal. Prouer. 10. Substantia diuitis urbs fortitudinis eius: pauor pauperis egestas eius. Benedictio Dei diuites facit: nec sociabitur eis afflictio. Ibi. 11. Non proderunt diuitiæ in die ultionis: iustitia autem liberabit à morte. Qui cōfidit in diuitijs suis corruet: iusti autem quasi uires folium germinabunt. Ibi. 15. Melius est parum cum timore Domini quàm thesauri magni & insatiabiles. Omnes dies pauperis mali: secura mens quasi iuge cōuiuium. Ibi. 14. Etiam proximo suo pauper odiosus est, amici uerò diuitum multi. Qui calumniatur pauperem exprobrat factori eius: honorat autem eum, qui miseretur pauperis. Ibi. 17. Qui despicit pauperem exprobat factori eius; & qui in ruina alterius lætatur, non erit impunitus. Ibi. 18. Cum obsecrationibus loquitur pauper: & diues effabitur rigidè. Ibi. 19. Diuitiæ addunt amicos plurimos, à paupere autem & hi, quos habuit, separantur. Ibi. 22. Melius est nomē bonū, q̄ diuitiæ multæ, super argentum enim & aurū gratia bona. Diues et pauper obuiauerūt sibi: utriusq; operator est Dn̄s. Diues pauperibus ĩperat, et q accipit mutuū, seruus est fœnerātis. Ecclesiastes. 5. Auarus nō ĩplebitur pecunia; et q amat diuitias, fructū nō capiet ex eis. Ex hoc ergo uanitas, ubi multæ sunt opes: et qd prodest possessori, nisi quod cernit diuitias oculis suis. Ibi. 9. Sapientia pauperis cōtēpta est, qa uerba eius nō sūt audita. Ibi. 10. Pecuniæ obediūt omnia. Sapiētiæ. 6. Potētes potētia tormēta patiētur: fortioribus aūt fortior instabit cruciatio. Prou, cap. 17. Quid prodest stulto habere diuitias, cum sapientiā emere nō possit? Ecclesiastic. 5. Noli anxius esse ĩ diuitijs. nihil. n. sūt, nec proderūt tibi ĩ die obductiōis et uindictæ. Ibi. 10. Qui gloriatur ĩ substātia, paupertatē uereatur. Ibi. 11. Fili ne ĩ multis sint actus tui: et si diues fueris, nō eris ĩmunis à delicto. Bona et mala uita, mors et paupertas à Deo Salomon.

sũt. Ibi. 13. Bona est substantia, cui non est peccatũ in conscien tia: & nequissima paupertas in ore impij. Ibi. 18. Memento paupertatis in tempore abundantiæ, & necessitatem pauperta- tis in die diuitiarum. Ibi. 26. Diuitibus & pauperibus cor bo- num: & in omni tempore uultus eorum hilaris. Ibi. 27. Propter inopiam multi deliquerunt, et qui quærit locupletari, auertit ocu lum suum. Ibi. 31. Multi dati sunt in auri casus, & facta est in specie ipsius perditio eorum. Beatus diues, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecu nia & thesauris. Quis est hic, et laudabimus eum? Fecit enim

August. mirabilia in uita sua. Aug. de uerbis Domini. Hi sunt paupe res spiritu, qui quando faciunt aliquid boni Deum laudant; quan do aliquid mali, se accusant. Fœcundus est ager pauperum, ci to reddit donantibus fructum. Via cœli est pauper, per quam uenitur ad patrem; incipe erogare, si non uis errare. Ibi. Ser mone 12. Quid prodest arca plena bonis, si inanis sit conscien tia? Quid prodest ei quod habet, si eum, qui omnia dedit, non habet? Plus est pauperi uidere cœlum stellarum, quàm diuiti te ctum inauratum. Aurum amplius cruciat, apud quem largiùs fuerit. Idem super Matth. Veræ illæ diuitiæ sunt, quas cum habuerimus perdere non possumus. In Serm. 29. Difficile er go est ut non sit superbus, qui diues est. Tolle superbiam, diui- tiæ non nocebunt. Hieron. super illud. Lucæ. 16. Non pote-

Hieronym. stis Deo seruire & Mamm. Qui diuitiarum seruus est, diui- tias custodit ut seruus: qui autem seruitutis discusserit iugum, distribuit eas ut dominus. Idem in quadam epist. Ob hoc ma xime amanda est paupertas, quia à quo amaris, ostendit. quip- pe non habet adulationem comitem sibi parcentem, fortunam hominis, & non personam amantem. Idem. Non est laus pos

fidere diuitias, sed pro proximo eas contemnere. Sufficit autem nobis de præsentibus huius sæculi angustijs cogitare. Ambr. de Caym & Abel. Esto pauper spiritu, & eris diues qualicunq; censu. Quia non in abundantia diuitiarum uita est hominis, sed in uirtute & fide. Istæ diuitiæ te uerum diuitem faciunt, si sis in Deum diues. Idem super Beati immaculat. Istæ diuitiæ iniustæ dicuntur, non quia aurum & argentum iniustum sit, sed quia iniustum est eas putare diuitias, quæ non auferunt egestatem auaritiæ. Idem de Offi. Cæterum ita incubuerunt mores hominum in adunatione diuitiarum, ut nemo nisi diues honore putetur dignus. Idem in Hexamer. Audi. omnes nascimur & morimur nudi: nulla ergo distinctio est inter cadauera mortuorum, nisi forte quia grauius fœtent corpora diuitum, distenta luxuria. Greg. in homil. super illud Exijt, qui seminat. Solæ diuitiæ ueræ sunt, quæ nos diuites uirtutibus efficiunt. si ergo fratres diuites esse cupitis, ueras diuitias amate. Si culmen ueri honoris quæritis, ad cœleste regnum tendite: Si gloriam dignitatum diligitis, in illa superna angelorum curia ascribi festinate. Terrene pulchritudo confunditur, dum celsitudo cœlestis aperitur. Idem in hom. Terrena substantia æternæ fœlicitati comparata, pondus est, non subsidium. Temporalis uita æternæ uitæ comparata, mors est potius dicenda, quàm uita. Idem in ho. Homo quidam erat diues. Cùm quosdam pauperes aliqua reprehensibilia perpetrare conspicitis, nolite despicere. quia fortasse quos superfluitas tenuissimæ prauitatis inquinat, caminus paupertatis curat. Isidor. de Summo bono lib.3. cap.66. Sæpe diuites in hac fallaci uita dum de potentiæ gloria, uel rerum abundantia gestiunt, ab his repente hora, qua nesciunt improuiso exitu rapiuntur; atq; absorbente

Ambrosius.

Gregorius

Isidorus.

profundo cruciandi æternis gehennæ incendijs deputantur. Ibi. cap. 63. Quomodo erit diues quietus, quem suis stimulis res ipsæ ne careant, semper faciunt inquietum? Et ideo elegit cupiditas inquietum esse & timidum diuitem, quàm securum pauco sumptu contentum esse & pauperem. Quosdam superbos diuites copia rerum facit elatos. Non sunt opes in uitio, sed uoluntas. Nam crimen in rebus non est, sed in usu agentis. Bonis benè utuntur, qui diuitijs sibi concessis in rebus salutaribus perfruuntur. Bonis malè utuntur, qui aut iustè pro temporali lucro iudicant; aut aliquid boni pro uanæ gloriæ appetitu faciunt. Malis malè utuntur, qui noxias cogitationes operibus prauis perficiunt. Malis benè utuntur, qui luxuriam carnis coniugali honestate restringunt. Sicut ergo malo benè uti bonum est, sic bono benè uti, melius est. Et sicut bono malè uti malum est, sic malo malè uti pessimum est. Ibi. 64. Grauiter ergo delinquunt, qui diuitijs à Deo concessis non rebus salutaribus, sed in usibus seculi prauis utuntur. Nesciunt enim impartire pauperibus, & oppressis subuenire despiciunt. Mundi lucra tantò maiora supplicia dabunt in futurum, quantò & ipsa maiora sunt. Patrimonium retentum perit, manet autem erogatum. Diu enim cum rebus nostris durare non possumus; quia aut nos illas moriendo deserimus, aut illæ nos uiuentes deserunt. Idem. Valde rarum est, ut qui diuitias possident, ad requiem tendant.

De Muneribus. Cap. LXIIII.

QVàm grauiter peccēt q̄ munera siue dona in iudicando suscipiūt, et quas pœnas luere debeant, hi, et q̄ similiter personas accipiunt, plures hic traduntur auctoritates.



Ominus dicit in Deuteronom. cap. 16 . Non accipies personam, nec munera: quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant uerba iustorum. Ibi. 10. Deus magnus & potens terribilis, personam non accipit nec munera. Deuteronom.

Exodi.23. Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes & subuertunt uerba iustorum. Iob.15. Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. Esaiæ.1. Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Ibi. 33. Quis poterit habitare cum igne deuorante: aut quis habitabit ex uobis cum ardoribus sempiternis? Qui ambulat in iustitijs, & loquitur ueritatem; qui proijcit auaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere. Psal. Dauid. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui iurat proximo suo, & non decipit: Qui pecuniã suã nõ dedit ad usurã, et munera super innocentẽ nõ accepit. Salo. Prou.15. Conturbat domũ suã, q sectatur auaritiã, Qui aũt odit munera uiuet. Ibi.17. Munera de sinu impius accipit, ut peruertat semitas iudicij. Ibi.21. Munus absconditũ extinguit iras; et donũ in sinu indignationẽ maximã. Ibi.22. Victoriã et honorẽ acqret, q dat munera: animã aũt aufert accipientiũ. Ecclesiastic. 29. Donec accipiũt obsculãtur manus dantis; & in promissionibus humiliãt uocẽ suã; et in tẽpore redditionis postulãt tẽpus. Ibi.40. Omne munus et iniqtas delebitur, et fides in seculũ stabit. Ibi.41. Cũ dederis, nõ improperes. Ibi. 42. Datũ uerò et acceptum omne describe. Vbi manus multæ sunt, claude. et quæcũq; trades munera, appẽde. Aug. Adulteratur freqũẽter, quod nõ ex uolũtate datur. Quod.n. ex propria paratur uolũtate, cũ oĩ maturitate donatur. Hiero. ad Marcell. Exodus. Iob. Esaiæ. Dauid. Salomon. Augusti. Hieron.

De Decimis, & primitiis. Cap. LXV.

DEcima est omnium bonorum iustè quæsitorum pars Deo debita. Quidam sic distinguunt primitias à decima, quòd primitiæ sint frugum, aliorum uerò decima, de quibus uariæ hic ponuntur auctoritates.



DOminus dicit Exodi. 22. *Decimas, & primitias tuas non tardabis offerre: primogenitum filiorum tuorum dabis mihi.* Ibi. 23. & 34. *Primitias frugum terræ deferes in domum Domini Dei tui.* Leuitic. 27. *Omnes decimæ terræ, siue de pomis arborum, siue de frugibus dñi sunt.* Numeri 15. *Separabitis primitias Dño de cibis uestris. Sicut de areis primitias separebitis, ita et de pulmentis dabitis primitiua Domino.* Ibi. 18. *Omnia quæ offertis ex decimis, & in donaria Domini separabitis optima, & electa erunt cuncta.* Deuter. 12. *Venietis & offeretis holocausta & uictimas uestras, decimas & primitias manuum uestrarum, & uota atq; donaria primogenita boum & ouium, et comedetis in conspectu Domini Dei uestri.* Ezechielis. 45. *Cum cœperitis terram diuidere sortio, separate primitias Dño.* Ibi. 44. *Et primitiua omniũ primogenitorũ et oĩa libamẽta ex oĩbus, quæ offeruntur, sacerdotũ erũt.* Malach. 3. *Inferte omnem decimam in horreum meum, ut sit cibus in domo mea, & probate me super hoc dicit Dominus.* Paul. Apost. ad Hebr. 7. *De filijs Leui sacerdotium accipientes mandatum, habent decimas sumere à populo secundùm legem, idest à fratribus suis.* Idem. 2. ad Corinth. 9. *Hilarem datorem diligit Deus.* Salom. prouer. 3. *Honora Deum de tua*

Exodus. Leuitichus. Numeri. Deuteronom. Ezechiel. Malachias. Paulus. Salomon.

substantia, & de primitijs omnium frugum tuarum da paupe-ribus, & implebuntur horrea tua saturitate, & uino torcularia redundabunt. Ecclesiastic. 7. Honorifica sacerdotes, & pro purga te cum brachijs. Da illis partem, sicut mandatum est tibi primitiarum & purgationis. Datum brachiorum tuorum; & sacrificium sanctificationis offeres Domino: initia sanctorum & pauperi porrige manum tuam, ut perficiatur propitiatio & benedictio tua. Ibi. 35. Bono animo gloriam redde Deo; & non minuas primitias manuum tuarum. In omni dato hilarem fac uultum tuum: & in exultatione sanctifica decimas tuas. Da altissimo secundum donatum eius: & in bono oculo ad inuentionem facito manuum tuarum: quoniam dominus retribuens est: & septies tantum reddet tibi. August. de Doctrina Christian. & ponitur 16. q. 1. Haec est Domini consuetudo iustissima, ut si tu illi decimam reuocaberis: idest demonibus, quae est decima pars angelorum, associaberis. Dabis, inquit, impio militi, quod non uis dare sacerdoti. Si decimam dederis, non solum abundantiam fructum recipies, sed etiam sanitatem animae & corporis consequeris, quia decimas dando, & terrena & coelestia possis praemia promaereri. Vnde qui decimas dare nolunt, res alienas inuadunt: & Dominus qui dignatus est totum donare, decimas à nobis dignatus est recipere, non sibi, sed nobis sine dubio profuturas. Si tardius dare peccatum est, quantò peius erit non dedisse? De militia, de negocio, de artificio redde decimas. Benefacere Deus paratus est, sed hominum malitia prohibetur. Decimae enim ex debito requirūtur, et qui eas dare noluerit, res alienas inuasit. Et quanti pauperes in locis suis ubi ipse habitat, illo decimas non dante, fame mortui sunt, tantorum homicidiorum reus

ante æterni iudicis tribunal apparebit, qui rem à Deo pauperibus delegatam suis usibus reseruauit. Qui ergo sibi aut præmium comparare, aut peccatorum desiderat indulgentiam promereri, reddat decimas, & de nouem partibus studeat eleemosynam dare pauperibus. Hieron. super Malach. & ponitur 16. q. 1. Si quando fames & penuria rerum omnium egestas opprimit mundum, sciamus hoc ex ira Dei descendere, qui se in pauperibus, si non accipit eleemosynam, fraudari loquitur, ut suas possessiones possimus decimas & primitias interpretari. Ambros. in serm. 40. Quicunq; recognouerit in se, quòd fideliter non dederit decimas suas, modò emendet, quod minus fecit. Quid est fideliter dare decimas, nisi ut peius nec minus aliquid offerat grano aut de uino fructibus arborum atq; pecoribus, aut de horto, aut de negotio, aut de ipsa uenatione sua. Grego. in Registro. Presbyter si per pecuniam ecclesiam obtinuerit, non solum ecclesia priuetur, sed etiam sacerdotij honore spolietur. Quia altare & decimas est spiritum sanctum emere uel uendere, symoniacam hæresim nullus fidelium ignorat. Basil. Ex nouem partibus quicquid exempto rationabili uictu et uestitu superfuerit, nõ in luxuria, nec in lucrũ seculi reseruetur, sed in thesauris cœlestibus per eleemosynã reponatur. Quicquid enim Deus nobis dederit plus q̃ opus est, non nobis specialiter dedit, sed per nos alijs erogandum transmisit. Hieronym. Ambrosius Gregorius Basilius

De Sapientia. Cap. LXVI.

EST autẽ sapientia multarũ & mirabiliũ rerum scientia. Vel sapientia, qua formaliter sapientes sumus, est quædam participatio diuinæ sapientiæ quam à Deo postulare debemus. Sapientiam autem huius mundi stultam fecit Deus.

Vt hanc ergo, quæ terrena & stultitia est, fugiamus: illam uerò, quæ de sursum est, quæ pudica est, pacifica, modesta, &c. amplectamur, abundanter in hoc cap. citantur auctoritates.

Mathæus.



Ominus dicit in Euangelio Matth. 10. *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* Ibi. 11. *Iustificata est sapientia à filijs suis.* Lucæ. 16. *Filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt.* Ibi. 21. *Ego dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij uestri.* Iacob. 1. *Si quis uestrum indiget sapientia, postulet à* Deo, *qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsitans.* Ibi. 3. *Non est ista sapientia descendens à patre luminum, sed terrena. Quæ autem de sursum est, de sapientia, primùm quidem pudica est, de inde pacifica, modesta. suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis, iudicans sine simulatione.* 2. Petri. 1. *Vos autem curam omnem subinferentes ministrate in fide uestra uirtutē, in uirtute autem scientiam, in scientia abstinentiam, in abstinentia patientiam, in patientia, pietatem, in pietate amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem.* 1. Ibi. 4. *Estote prudentes et uigilate in orationibus.* Paul. ad Rom. 12. Nolite plus sapere, quàm oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Id ipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud uos met ipsos, nulli malum pro malo reddentes. 1. ad Corinth. 1. Non ne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Nam

Lucas. Iacobus. Petrus Paulus.

quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Ibi. 3. Si quis uidetur inter uos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat ut sit sapiens. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum. Idem ad Roman. 8. Sapientia carnis inimica est Deo. Qui ergo secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt; qui uerò secundum spiritum, quæ sunt spiritus sentiunt. Nam prudentia carnis mors est: prudentia autem spiritus, uita & pax. Ad Colossen. 4. In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt, tempus redimentes. Sermo uester semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat uos unicuiq; respondere. Iob. 12. In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Ibi. 28. Sapientia uerò ubi inuenitur, & quis est locus intelligentiæ? Nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter uiuentium. Abyssus dicit non est in me, & mare loquitur non est mecum. Ibi. 32. Sperabam enim quòd ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam, sed ut uideo spiritus est in hominibus, & inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Non longæui sapientes, nec senes intelligunt iudicium. Ibi. 29. Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad austrum? Nunquid eleuabitur aquila & in arduis ponet nidum suum? In petris manet, in præruptis silicibus commoratur, atq; in inaccessis rupibus. Esaiæ. 29. Peribit sapientia à sapientibus eius; & intellectus prudentium eius abscondetur. Ibi. 33. Diuitiæ salutis sapiẽtia et sciẽtia: timor D̃ni ipse est thesaurus eius. Hierem. 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitijs suis; sed in hoc glorietur qui gloriatur scire & nosse me, quia ego sum dominus,

Iob

Esaiæ.

Hieremias.

Baruch qui facio misericordiam & iustitiam in terra. Baruch. 3. Disce ubi sit prudentia, ubi sit uirtus, ubi sit intellectus, ut scias simul ubi sit longiturnitas uitæ & uictus: ubi sit lumen oculorum & pax. Quis inueniet locum eius? & quis intrauit in thesauros eius? Daniel. 2. Sapientia & fortitudo Dei

Daniel. sunt, & ipse mutat tempora et ætates. Transfert regna atq; constituit: dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam. Psal. 48. Os meum loquatur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam. Idem Psal. 110. Initium sapientiæ timor Domini, Intellectus bonus omnibus facientibus

David

Salomon. eum. Salom. Prouer. 1. Principium sapientiæ timor Domini. Sapientiam atq; doctrinam stulti despiciunt. Ibi. 2. Audiat sapientiam auris tua, & inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam. Si sapientiam inuocaueris & inclinaueris cor tuum prudentiæ: Si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam: tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies. Quia Dominus dat sapientiam: & ex ore eius prudentia & scientia. Si intrauerit sapientia cor tuum, & scientia animæ tuæ placuerit, consilium custodiet te, & prudentia seruabit te; ut eruaris à uia mala & ab homine, qui peruersa loquitur. Ibi. 3. Beatus homo, qui inuenit sapientiam; & qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negociatione auri & argenti, primi & purissimi fructus eius. Pretiosior est cunctis opibus sapientia, & omnia, quæ desiderantur, huic non ualent comparari. Longitudo dierum in dextera eius; & in sinistra illius diuitiæ & gloria. Ibi. 4. Possidete sapientiam, posside prudentiam. Ne dimittas eam, & custodiet te: dilige eam, & conseruabit te. Arripe illam, & exaltabit te: & glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus.

Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta pro-teget te. Ibi. 7. Dic sapientiæ, soror mea es, & pruden-tiam uoca amicam tuam. Ibi. 8. Melior est sapientia cunctis opibus pretiosissimis: & omne desiderabile ei non potest com-parari. Ibi. 10. Filius sapiens lætificat patrem, filius uerò stultus mœstitia est matris. In labijs sapientis inuenitur sapien-tia; uirga in dorso eius, qui indiget corde. Sapientes abscon-dunt scientiam, os autem stulti confusioni proximum est. Ibi. 13. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stul-torum similis efficietur. Ibi. 14. Sapiens timet, & declinat à malo: stultus transilit & confidit. Corona sapientum diui-tiæ eorum, & imprudentia stultorum fatuitas. In corde pru-dentis requiescit sapientia, & in doctos quosq; ueniet. Ibi. 15. labia sapientum disseminabunt scientiam; cor stultorum dis-simile erit. Ibi. 16. Posside sapientiam, quia auro melior est; & acquire prudentiam, quia pretiosior est argento. Qui sapiēs est corde, appellabitur prudens: & qui dulcis eloquio maiora re-periet. Cor sapientis erudiet os eius; & labijs illius addet gra tiā. Ibi. 17. In facie prudentis lucet sapientia; oculi stultorum in finibus terræ. Ibi. 20. Bonū est aurū & multitudo gēmarū; uas autē pretiosum labia sapientum. Ibi. 24. Vir sapiens, uir fortis: & uir doctus robustus et ualidus est. Ibi. 27. Stude sapiētiæ fili mi, et lætifica cor meū, ut possis exprobāti respōdere sermonem. Ecclesiastes. 1. In multa sapiētia multa est indignatio: et q addit scientiā, addit et laborē. Ibi. 7. Neq; plus sapias, q̄ necesse est, ne forte obstupescas. Sapiētia cōfortauit sapientē super decē princi-pes ciuitatis. Ibi. 9. Verba sapientiū audiūtur in silētio plusquàm clamor principis inter stultos. Melior est sapientia, q̄ arma bel-lica: & qui in uno peccauerit, multa bona perdet. Sapientiæ. 1.

In maliuolam animam non introibit ſapientia : nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Ibi. 3. Sapientiam & diſciplinam qui abijcit, infœlix eſt, & uacua eſt ſpes illorum: & labores ſine fructu, & inhabitabilia opera eorum. Ibi. 6. Melior eſt ſapientia, quàm uires: & uir prudens, quàm fortis. Clara eſt, et nunquàm marceſcit ſapientia, & facilè uidetur ab his, qui diligunt eam, & inuenitur ab his, qui quærunt illam. Ibi. 8. Et ſi diuitiæ appetuntur in uita, quid ſapientia locupletius, quæ operatur omnia? Eccleſiaſtic. 1. *Omnis ſapientia à* Domino Deo *eſt, & cum illo fuit ſemper, & eſt ante æuum.* Fons *ſapientiæ uerbum* Dei *in excelſis: & ingreſſus illius mandata æterna,* Dilectio Dei *honorabilis ſapientia.* Plenitudo *enim ſapientiæ timere* Deum *eſt. In theſauris ſapientiæ intellectus & ſcientiæ religioſitas :* Execratio *autem peccatoribus ſapientia.* Ibi. 3. Cor *ſapientis intelligitur in ſapientia: & auris bona audiet cum omni concupiſcentia ſapientiam.* Sapiens *eos & intelligibile abſtinebit ſe à peccatis; & in operibus iuſtitiæ ſuc ceſſus habebit. Ibi. 4. Sapientia filijs ſuis uitam inſpirat, & ſuſcipit exquirentes ſe. Qui ſapientiam diligit, diligit uitam; & qui uigilauerit ad illam complectetur placorem eius. In lingua ſapientia dignoſcitur, & ſenſus & ſcientia & doctrina in uerbo ſenſati.* Ibi. 5. *Aſpera eſt nimium ſapientia in doctis hominibus, & non permanebit in illa excors. Decor uitæ eſt in ſapientia, & uincula illius ſalutaria. Si inclinaueris aurem tuã, excipies doctrinam: & ſi dilexeris audire, ſapiens eris.* Ibi. 11. *Sapientia humiliati exaltabit caput illius; & in medio magnatorum conſedere illum faciet.* Ibi. 14. *Beatus uir, qui in ſapientia ſua meditabitur, & in ſenſu ſuo cogitabit circunſpectionem* Dei. Ibi. 20. *Sapiens in uerbis producet ſe ipſum; & homo prudens*

dens placebit magnatis. Sapientia absconsa & thesaurus inuisus: quæ utilitas in utrisq;? Melior est qui cœlat insipientiam suam, quàm homo, qui abscondit sapientiam suam. Ibi. 27. Homo sensatus in sapientia manet sicut sol. nam stultus sicut luna mutatur. Ibi 27. Vir sapiens implebitur benedictionibus; et uidentes illum laudabunt. Sapiens in populo hæreditabit honorem, & nomen illius erit uiuens in æternum. Ibi. 38. Sapientiã scribe in tempore uacuitatis: & qui minoratur actu percipiet eam. Ibi. 40. Vinum & musica lætificant cor, & super utraq; dilectio sapientiæ. Ibi. 21. Ornamentum aureum prudenti doctrina, & quasi brachiale in brachio dextro. August. de libero arbitrio. Non aliam putes esse sapientiam nisi ueritatem, in qua tenetur & cernitur summum bonum. nullo loco est; nusquàm deest. foris admonet, intus docet, dementes in se omnes in melius commutat, à nullo in deterius commutatur. nullus de illa iudicat, nullus sine illa bene iudicat. Idem super psal. 70. Hæc est tota scientia magna hominis, scire quòd ipse nihil est per se. & quoniam quicquid est, ex Deo est, & propter Deum est. Idem. Sapientes ut stellæ fulgebunt: & qui alios erudire poterit, in æterna refulgebit claritate. Nutri animam tuam lectionibus diuinis: parabunt enim tibi mensam spiritualem. Sapientes mundi ideo scripturas sacras despiciunt, quia eas non ex maiestate sensuum, sed ex uerborum iudicant utilitate. Idem de Ciuit. Dei. 27. q. 3. Qui sine saluatore salutem uult habere, & sine uera sapientia æstimat se prudentem fieri posse, non sanus sed æger, non prudens sed stultus, in ægritudine assidua laborabit, & in ciuitate noxia stultus & demens permanebit. Hieron. contra Iouinianum. Sapiens nunquàm solus esse potest. Habet secum oẽs qui sunt et fuerunt boni, et animum liberum, & quodcunq;

August.

Hieronymus.

uult, transfert: & quod corpore non potest, cogitatione complectitur; & ubi hominum inopia fuerit, loquitur cum Deo. Idem super illud Prouer. 4. Nam & ego filius fui patris mei tenel. Nihil magis ad spem percipiendæ sapientiæ mentes erigit, quam quum eos, quos in sapientia clarescere miramur, aliquando paruulos & indoctos fuisse meminimus.

Ambrosius. Ambros. in epist. ad Constan. epist. 39. Sapienti nihil alienum, nisi quod uirtuti incongruum. quocunq; accesserit, sua omnia, totus ei mundus possessio est: quoniam toto eo quasi suo utitur. Vbicunq; accesserit sapiens, ubiq; ciuis est, ubiq; sua intelligitur. nusquàm se peregrinum, nusquàm hospitem se iudicat.

Gregorius. Gregor. in mor. lib. 9. Ad ueram sapientiam peruenire non possunt, qui falsæ suæ sapientiæ fiducia decipiuntur. Idem in moral. Vera scientia afficit, non extollit, nec superbientes quos impleuerit, sed lamentantes facit. qua quisque cùm repletus fuerit, priori loco se scire adpetit, & iam sui conscius, tantò per illam robustius sapit, quantò se infirmum in illa uerius recognoscit. Idem. Sapientia uera est timere Deũ, abnegare se ipsum à malo. Prima sapientia est uitare malum. Secunda facere bonum. Quisquis ergo uult audita intelligere, festinet ea, quæ iam potuit intelligere, opere adimplere. Scire autem Deum approbare est; nescire uerò reprobare. Idem lib. 10. moral. exponens illud Iob. 12. Deridetur iusti simplicitas. Iustorum sapientia est, nil per ostentationem fingere, sed sensum uerbis aperire: uera ut sunt diligere, falsa deuitare, bona gratis exhibere, mala libentiùs tolerare, quàm facere, nullam iniuriæ ultionem quærere, pro ueritate contumeliam lucrum putare. Sed hæc iustorum simplicitas deridetur; quia & à mundi sapientibus puritas uirtutis fa-

tuitas creditur. Isidor. de Summo bono lib. 2. cap. 1. Omnis qui Isidorus.
secundum Deum sapiens est, beatus est. Beata uita cognitio diuinitatis est. Cognitio diuinitatis uirtus boni operis est. Virtus boni operis fructus æternitatis est. Nullus autem magis sapiens, quàm quem docuerit Deus. Excelsa est rebus omnibus sapientia: nec esse potest ulla iustitia sine prudentia. Qui secundum seculum sapiens est, secundum Deum stultus est. Primum sapientiæ studium est quærere Deum; de inde honestatem uitæ cum innocentiæ opere. Nullus sapientiam Dei plene recipit, nisi qui se ab omni abstrahere actionum cura contendit. Tunc autem Deum rectè cognoscimus, quando eum perfectè scire non denegamus. Nullus autem in culpa maior est, quàm qui Deum nescit. Ea tamen, quæ supra hominis intelligentiam sunt, scrutanda non sunt. Omnis sapientia ex scientia, & opinatione consistit: melior est autem ex scientia ueniens, quàm ex opinatione sententia. Nam illa uera est; ista dubia. Simplicitatem cum ignorantia stultitiam uocamus; Simplicitatem uero cum prudentia sapientiam. Vtile est multa scire, & bene uiuere. Quod si utrunq; non ualemus; melius est, ut bene uiuendi studium, quàm multa sciendi sequamur. Non enim pertinet ad beatitudinem consequendam scientia rerum; sed beatè uiuere. Multi enim sunt, qui Deum per scientiam nouerunt, qui tamen per actionē non sunt uenerati: & ideo cunctanter diuino iudicio puniendi sunt. Idem. Nihil sapientia melius; nihil prudentia dulcius; nihil scientia suauius. Sapientia dando largior fit, retinendo minoratur. Largiendo redundantior fit scientia: & dum confertur plus abundat. Cyprian. Cyprianus.
Quis enim sapiens esse potest, qui nec sapientiam nec patientiam Dei habet? Sapiens ille est qui mitis est, & humilis.

STultitia est in factis per ignorantiam recti & boni erratio. Stultitia importat hebetudinem sensus spiritualis: fatuitas autem totalem priuationem eius. ideo prima contrariè opponitur sapientiæ, & secunda uerò priuatiuè. De Stultitia ergo ipsa, quam omnino fugere & uitare debemus, plures in hoc cap. citantur auctoritates: & etiam de illis, quæ cum mundi stulta essent, elegit Dominus, prima ad Corinth. primo.

Mathew. Ominus dicit in Euangelio Matth. 7. Omnis, qui audit uerba & non facit ea, similis est uiro stulto.

Paulus 1. Paul. ad Corinth. 1. Quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confunderet sapientes. Ibi. 3. Quicunq; uidetur sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum. 2. Ad Corinth. 11. Sustinetis libenter & insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Ad Ephes. 5. Videte quomodo cautè ambuletis non quasi insipientes sed ut sapientes redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit uoluntas Dei. Esaiæ. 32. Non uocabitur ultra is, qui insipiens est princeps:

Basilius. neq; fraudulentus appellabitur maior. Stultus enim fatua loquetur; & cor eius faciet iniquitatem, ut perficiat simulationem, & loquatur ad Dominum fraudulenter; & uacuam faciet animam esurientis, & potum sitienti auferet. Iob. 5. Virum stul-

Iob. tum interficit iracundia; & paruulum occidit inuidia. Ego uidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Longè fiet sicut filij eius à salute & conteretur in porta, &

non erit qui eripiat eum. Dauid Psal. 48. cum uideritis sapien tes morientes, simul insipiens & stultus peribunt, & relinquent alienis diuitias suas. psal. 91. Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget. Ibi. 93. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. Salom. prouer. 1. Stulti ea, quæ sibi sunt noxia cupient, & imprudentes odibunt scientiã. Ibi. 3. Gloriam sapiens possidebit, stultorum exultatio ignominio. Ibi. 10. Filius sapiens lætificat patrem, filius uerò stultus mœstitia est matris. Sapientes abscondunt scientiam, os autem stulti confusioni proximum est. Stultus cæditur labijs. Ibi. 11. Qui stultus est, Seruiet sapienti. Ibi. 12. Homo uersutus cœlat scien tiam, & cor insipientium prouocabit stultitiam. Ibi. 13. Astutus omnia agit cum consilio, qui autem fatuus est, aperit stultitiam suam. Ibi. 15. Cor sapientis quæret doctrinam, & os stul torum pascitur imperitia. Stultitia gaudium stulto, & uir pru dens dirigit gressus suos. Ibi. 17. Non decent stultum uerba composita; nec principem labium mentiens. Expedit magis ur sæ occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti sibi in stultitia sua. Quid prodest stulto habere diuitias, cùm sapientiam emere non possit? Stultus homo plaudet manibus cum spoponderit pro amico suo. Stultus si tacuerit sapiens reputabitur. Ibi. 19. Stultitia hominis supplãtat gressus eius, et contra Deũ feruet animo. Ibi. 26. Ne respondeas stulto iuxta stultitiã suã, ne sibi sapiens esse uideatur. sicut frustra habet claudus tibias pulchras, sic indecens in ore stultorum parabola. Sicut qui mittit lapidem in aceruum mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem. Ecclesiastes. 1. Stultorum infinitus est numerus. Ibi. 2. Stultus in tenebris ambulat. Ibi. 4. Stultus complicat manus suas in uia, & comedit carnes dicens. Melior est pugillus cum

Dauid.

Salomon.

requie, quàm plena utraq; manus cum labore & afflictione animi. Ibi. 10. Stultus ambulans, cùm ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat. Verba oris sapientis gratia; & labia insipientis præcipitabunt eum. Initium uerborum eius stultitia, & nouissimum oris illius error pessimus. Ecclesiastici. 15. Homines stulti non apprehendent sapientiam; & homines sensati obuiabunt illi. Homines stulti non uidebunt eam; longè enim abest à superbia & dolo. Ibi. 20. Datus insipientis non erit utilis tibi; oculi enim illius septemplices sunt. Exigua dabit & multa improperabit. Apertio oris eius inflammatio est. Fatuo non erit amicus, & non erit gratia in bonis illius. Qui enim edunt panem fatui falsæ linguæ sunt. Ex ore fatui reprobabitur parabola; non enim dicit eam in tempore suo. Ibi. 21. Cor fatui quasi uas confractum, & omnem sapientiam non tenebit. Narratio fatui quasi sarcina in uia. Compedes in pedibus stulto doctrina; & quasi uincula manuũ super manũ dexteram. Fatuus in risu exaltat uocem suam; uir autem sapiens uix tacitè ridebit. Labia imprudentium stulta narrabunt; uerba autem prudentium statera ponderabuntur. Ibi. 22. Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam. Cũ dormiente loquitur qui enarrat stulto sapientiam. Cum stulto ne multum loquaris, & cum insensato ne abieris. Arenam, salem, & massam ferri, facilius est ferre, quàm hominem imprudentem, fatuum, & impiũ. Ibi. 27. Stultus sicut luna mutatur. In medio insensatorum serua uerbum tempori: in medio autem cogitantium assiduus esto. Ibi. 33. Præcordia fatui quasi rota carri, & quasi axis uersatilis cogitatus stulti. Ibi. 41. Melior est homo, qui abscondit stultitiã

August. suam, quàm qui abscondit sapientiam suam. August. de Vera religione. Qui se diligit stultum, non proficiet ad sapientiam.

Idem in lib. de Natura & gratia. Non tibi deputabitur ad culpam, quod inuitus ignoras. Idem in lib.. quest. & ponitur. 37. cap.ult. Non omnis ignorans immunis est à pœna. Ille enim ignorans potest excusari à pœna, qui quod disceret, non inuenit. Illis autem ignosci non poterit, qui à quo discerent, habentes operam non dederunt. Hieron. Stultiloquium hominem & insipientem non decet esse Christianum. Decet enim sermonem eius sale esse conditum, ut gratiam ad audientes habeat. Quicquid enim amens loquitur, uociferatio & clamor est appellandum. Ambros. Rescindenda insipienti potestas est, non adijcienda libertas. Insipientis in libertate ruina uehementior est. Gregor. in mor. Stulti tantò intensius de alieno iudicant, quantò sua profundius ignorant. Tantoq; quisq; intus amplius stultior fit, quantò conatur exterius sapiens uideri. Idem. Sicut nec auris escas, nec guttur herbas cognoscit; ita nec stultus quisq; sententias sapientiæ intelligit. Fatuum uirum cum sapiente in prædicatione ne socies, ne forte is, qui rem implere non ualet, illis, qui preualet, obsistat. Hilarius. Stultus iuxta infirmitates suas sentit, & iuxta imbecillitatem naturæ suæ sapit. Isidor. Nihil stultitia peius, nihil est insipientia deterius, nihil ignauia turpius. Ignorantia est uitiorum nutrix. Ignorantia enim quid sit culpæ dignum non sentit. Insipiens assiduè peccat. Indoctus enim facile decipitur, & in uitium dilabitur.

Hieronymus

Ambrosius.

Gregorius

Hilarius.

Isidorus.

De Medicis. Cap. LXVIII.

IN *hoc cap. citantur auctoritates de Medicis, quibus nõ egent ualentes, sed malè se habentes, & de eorũ disciplina tã corporali, q; spirituali, uisitatione, & modo gerendi &c.*

Mathæus
Lucas.

Salomon.



Ominus dicit in Euangelio Matth. 9. & Lucæ.5. Non est opus ualentibus medico; sed malè habentibus. Idem Matth. cap.10. Infirmos curate. Salom. Ecclesiastic. 7. Non desis plorantibus in consolatione, nec te pigeat uisitare infirmos. ex his enim in dilectione firmaberis. Ibi. 10 Languor prolixior grauat medicum, Breuem autem languorē præcidit medicus. Ibi.18. Ante languorem adhibe medicinam, & ante iudicium interroga te ipsum,& in conspectu Dei inueniens propitiationem. Ante languorem humiliate:& in tempore infirmitatis ostende conseruationem tuam. Ibi. 38. Honora medicum propter necessitatem, etenim illum creauit altissimus. A Deo est omnis medela; & à rege accipiet donationem. Disciplina medici exaltabit caput illius,& in conspectu magnatorum collaudabitur. Altissimus creauit de terra medicinam, & uir prudens non adhorrebit illam. Et dedit hominibus scientiam altissimus honorari in mirabilibus suis. In his curans mitigabit dolorem; & unguentarius faciet pigmenta suauitatis: & non consumabuntur opera eius. Da locum medico; etenim Dominus illum creauit; & non discedat à te: quia opera eius sunt necessaria. Est enim tempus quando in manus illius incidas. ipse autem Dominum deprecabitur, ut dirigat opus eius in sanitatem. Qui delinquit in conspectu eius, qui fecit eum, incidet in manus medici. August. in serm.quodam. Nouit medicus quid salutiferum, quidue contrarium petat ægrotus.

August.

Aegroti estis, nolite ergo medico dictare, quæ medicamina uelit adponere. Hieron. super Hieremiam lib. 2. Omnis medicina habet ad tempus amaritudinem: sed postea fructus doloris sanitate monstratur. Ambr. super Psal. 130. Contraria

Hieron.

Ambrosius

diuinæ

diuinæ conditioni præcepta medicinæ sunt: à ieiunio reuocant, lucubrare non sinunt, ab omni intentione meditationis abducunt. itaq; qui se medicis dederit, se ipsum sibi abnegat. Gregor. in Pastor. *Improbus & imperitus est medicus, qui alienum mederi adpetit, & ipse uulnus, quod patitur nescit.* Idē *in homil. de uno martyre. Sicut in arte medicinæ calida frigidis, & frigida calidis curantur, ita medicus supremus, & Dominus noster contraria opposuit medicamenta peccatis: ut lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracundis mansuetudinem, elatis præciperet humilitatē.* Isidor. lib. 4. Ethimologiar. *Medicinæ curatio nō est spernenda. Meminimus enim, & Exaiam Ezechiæ languenti aliquid medicinale mandasse. &* Paulus Apostulus Timotheo modicum uinum prodesse dixit. Idem de Summo bono lib. 3. cap. 43. *Sicut periti medici ad uarios corporis morbos diuerso medicamine seruiunt, ita ut iuxta uulnerum uarietates medicina diuersa sit: sic & doctor ecclesiæ, singulis quibusq; hominibus congruum doctrinæ remedium adhibebit; & quid cuiq; oporteat pro ætate, pro sexu, ac professione nunciabit.* Cyprian. *Ad aperiendum uulnus eius & secandum, & putredinibus amputatis medela est fortiore curandū. Vociferetur & clamet, licet conqueratur æger impatiens per dolorem, gratias agit post modum cum senserit sanitatem.*

Gregorius

Isidorus.

Cyprianus.

De Iudicibus. Cap. LXIX.

IVdex, deducitur à iudico uerbo, quasi iusdico, & sunt iudices electi, & sunt quidam non utiq; electi, sed ex iudicio temerario iudicantes. Est autem iudicium temerarium, cùm aliquis iudicat de his, quæ sunt dubia uel occulta propter aliquas leues

coniecturas. de hoc ergo iudicio, & de Iudicum rectitudine, & ad eorum statum pertinentibus, quàm plurimas hic, ornatissime Monalde, auctoritates citatas inuenies.

Matthaeus.



DOminus dicit in Euangelio Matth. 7. Nolite iudicare & non iudicabimini. Nolite condēnare & non condēnabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini: in qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis.

Ioannes
Lucas.

Ioan. 7. Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Lucae. 11. Vè uobis iurisperitis, qui oneratio homines oneribus, quae portare non possunt: & ipsi uno digito uestro non tangitis sarcinas.

Iacobus.

Iacob. 2. Quicunq; totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Ibi. 4. Vnus est legislator & iudex, qui potest & perdere & liberare. Tu autem quis es, qui iudicas proximum tuum?

Paulus.

1. Paul. ad Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare, quo usq; ueniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium; & tunc laus erit unicuiq; à Deo. Idem ad Rom. 14. Non erga amplius inuicem iudicemus. Sed hoc iudicate magis ne ponatis offendiculum fratri uel scandalum. Omnes enim stabimus ante tribunal Christi.

Leuiticus.

Leuitic. 19. Non facies quod iniquū est, nec iniustè iudicabis. Non consideres personam pauperis, nec honores uultum potentis. Iustè autem iudica proximo tuo. Nolite facere iniquum aliquod in iudicio, s. in pondere in numero, & mensura.

Deuteronom.

Deut. cap. 1. Audite illos, & quod iustum est iudicate, siue ciuis sit ille siue peregrinus nulla erit distantia personarum. Ibi. 16. Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis, ut iudicent populum iusto iudicio, ne in alte-

ram partem declinent. Ibidem. Iuste, quod iustum est perse= queris: ut uiuas & possideas terram, quam Dominus Deus tu us dederit tibi. Ibi. 27. Maledictus qui peruertit iudicium adue næ pupilli, & uiduæ: Et dicet omnis populus. Amen. Paralis pom. lib. 2. c. 19. Non hominis exerceatis iudicium sed Domini, & quodcunq; iudicaueritis, in uos redundabit; sit timor Domi ni uobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Esaiæ. 5. Vę qui dicitis malum bonum, & bonum malum; ponentes tenebras lu cem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Vę qui iustificatis impium pro muneribus: & iusti tiam iusti aufertis ab eo. Propter hoc sicut deuorat stipulam lin gua ignis, & calor flammæ exurit: sic radix eorum sicut fa= uilla erit, & germen eorum ut puluis ascendet. Ibi. 56. Cu= stodite iudicium, & facite iustitiam: quia iusta est salus mea, ut ueniat: & iustitia mea ut reueletur. Beatus uir qui facit hoc; & filius hominis, qui apprehendet istud: hæc dicit Dominus. Hierem. 22. Facite iudicium & iustitiam, & liberate ui oppres sum de manu calumniatoris: & aduenam, & pupillum, & ui duam nolite contristare, neq; opprimatis iniquè & sanguinem innocentem: ne effundatis in loco isto. Zachariæ. 7. Iudicium uerum iudicate, & misericordiam & miserationes facite unus quisque cum fratre suo. Et uiduam, & pupillum, & adue nam, & pauperem nolite calumniare: & malum uir fratri suo non cogitet in corde suo. Dauid. Psal. 65. 57. Si uerè utiq; iustitiam loquimini, rectè iudicate filij, hominum. Etenim in corde iniquitates operamini in terra iniustitias manus uestræ concinnăt. Psal. 2. Erudimini, q iudicatis terrā. Seruite Dño in timore, et exultate ei cū tremore. Apprehēdite disciplinam; ne quando irascatur Dominus, & pereatis de uia iusta. Psal. 81.

Paralipom.

Esaiæ.

Hieremias.

Zachar.

Dauid.

Usq; quo iudicatis iniquitaté, & facies peccatorũ sumitis. Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperẽ iustificate: Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Idem ps. l. 105. Beati, q custodiũt iudicium, et faciunt iustitiã omni tẽpore.

Salomon. Salom. Prou. 4. Oculi tui recta uideant. Ne declines ad dexteram neq; ad sinistram. Ibi. 17. Qui iustificat impium, & qui cõdemnat iustum abominabilis est uterq; apud Deum. Ibi. 21. Gaudium est iusto facere iudicium, & pauor operantibus iniquitatem. Ibi. 25. Aufer rubiginem de argento, & egreditur uas purissimum: Aufer impietatem de uultu Regis & firmabitur iustitia thronus eius. Ibi. 29. Rex, qui iudicat in ueritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. Ibi. 28. Qui cognoscit in iudicio faciem, non benefacit iste, & pro bucella panis deseret ueritatem. Sapientiæ. 1. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Ibi. 6. Qui custodierint iustitiam, iustè iudicabuntur. Discite iudices finium terræ: Præbete aures uos, qui continetis multitudinem, & placetis uobis in turbinibus nationum: quoniã data est à Domino potestas uobis, & uirtus ab altissimo; qui interrogabit opera uestra & cogitationes scrutabitur: quoniã cum essetis ministris illius, non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neq; secundum uoluntatem Dei ambulastis. Ecclesiastic. 7. Noli quærere fieri iudex, nisi ualeas uirtute irrumpere iniquitates: ne fortè extimescas faciem potentis; & ponas scandalum in agilitate tua. Ibi. 8. Non iudices contra iudicem: quoniam secundum quod iustum est, iudicat, Ibi. 10. Iudex sapiens iudicat populum suum. et principatus sensati stabilis erit. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & quales rectores ciuitatis, tales habitantes in ea. Ibi. 20. Exenia & dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit corres

ctiones eorum. August. *Contra Macedon. Iusti est incedere recta ratione, iudicis autem est iudicare iusto ordine. Modus rogandi iudicem est, ut faciat quod salua fide facere potest.* Idem *lib.3. de Symbo. Ille iudex nec gratia praeuenitur, nec misericordia iam flectitur, nec pecunia corrumpitur, nec satisfactione, uel poenitentia mitigabitur.* Hic dum tempus habet, agat *anima pro se, quandiu locus est misericordiae; quia ibi erit locus iustitiae.* Hieron. *in epist. ad Damasc.* Alienum *te à personis omnium redde in iudicio, ac propter iustitiam, in iudicio pauperem defendas: nec propter gratiam diuiti indecenter adsistas. aut si non potes facere, cognitionem respue causarum.* Idem *super epist. ad Galath. & ponitur 23. q. 5.* Iudex *non est auctor sceleris homines iudicando.* Ambr. *super prima ad Corinth. 5.* Iudicis *non est sine accusatore damnare: quia Dominus Iudam, licet fuisset fur, tamen cùm non esset accusatus, minimè abiecit.* Idem *super* Beati immaculati. *Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, & proposito domesticae uoluntatis, sed iuxta leges & iura pronunciat, statutis iuris omtemperat, non indulget propriae uoluntati, nihil praeparatum, & meditatum de domo defert; sed sicut audit, ita Iudicat: & sicut se habet natura decernit; obsequitur legibus, non aduersatur: examinat causae merita, non mutat.* Discite *iudices seculi quem in iudicando tenere debeatis affectum, quam societatem, quam sinceritatem.* Qui *iudicat, uoluntati suae obtemperare non licet, sed tenere quod legum est.* Gregor. *lib.19. mor. super illud Iob. 29. Causam, quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam.* Ad *proferendam sentẽtiam nunquam praecipites esse debemus, ne indiscussa temere iudicemus; nec quaelibet mala audita non moueant, ne passim sine probatione credamus.* Idem *in Moral.*

August.

Hieronymus

Ambrosius

Gregorius

Iudicare dignè de subditis nequeunt, qui in subditorum causis non merita, sed odium uel gratiam sequuntur. Idem. Non mo rientem quippe mortificant, qui iustum damnant: & non uiuiturum uiuificare nituntur, qui reum à supplicio liberare conatur. Idem & habetur. 2. q. 3. Qui rectè iudicat, & praemium remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat: quia iustitiam quam gratis impartiri debuit, acceptione pecuniae uendidit. Isidor. de Summo bono lib. 3. cap. 54. Bonus iudex sicut nocere cuilibet nescit, ita prodesse omnibus nouit. Omnis, qui rectè iudicat, stateram in manu gestat, & in utroq; penso iustitiam & misericordiam portat. Ibi. 55. Grauius lacerantur pauperes à prauis iudicibus quàm à cruentissimis hostibus. Nullus enim praedo tam cupidus in alienis, quàm iudex iniquus in suis. Qui enim destruant, multi sunt: rari autem sunt, qui populos legum moderamine regant.

Isidorus

De Acceptione Personarum. Cap. LXX.

PErsonarum acceptio est iniustitia, qua persona personae praefertur in conferendo ei aliquid, quod ex debito iustitiae alteri esset conferendum ratione alicuius transitoriae conditionis ad ipsam rem non congruentis, existentis circa personam puta diuitiarum potestatis terrenae, uel cogitationis carnalis, & non ob meritum eius ad ipsam rem. Vel est attendere ad conditionem personae nihil facientem ad illud negotium. Aut est inaequalitas iustitiae distributiuae inquantum aliquid attribuitur alicui praeter proportionem. Ad quam fugiendam multae in hoc cap. traduntur auctoritates.

Ominus dicit in Deut.cap.16. Nō accipias per sonā nec munera, qa munera excecant oculos sapientum, & mutant uerba iustorum. Ibi.1. Quod iustum est iudicate siue ciuis sit ille, siue peregrinus, nulla erit distantia personarum. Ita paruum audietis ut magnum, nec accipietis cuiusquàm personam, quia Dei iudicium est. Paralip. lib. 2. cap.19. Sit timor Domini uobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Non enim est apud Dominum Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum. In Actibus Apostolor. 10. In ueritate comperi, quoniam non est personarum acceptor Deus; sed in omni gente, quæ timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Iacob. 2. Fratres mei nolite in personarū acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi gloriæ. Etenim si introierit in conuentum uestrum uir aureum anulum habens in ueste candida: introierit autem & pauper in sordido habitu; & intendatis in eum, qui indutus est ueste præclara, & dixeritis ei. Tu sede hic bene: pauperi autem dicatis. tu sta hic, aut sede sub scabello pedum meorum: nonne iudicatis apud uos met ipsos; & facti estis iudices cogitationum iniquarum? Si ergo personam accipitis, peccatum operamini redarguti à lege quasi transgressores. Paul. ad Rom. 2. Gloria, honor, & pax omni operanti bonum, iudeo primùm & græco. Non enim est acceptio personarū apud Deū. Ad Coloss.3. Qui iniuriam facit, recipiet id, quod iniquè gessit. Et non est acceptio personarum apud Deum. Iob.32. Non accipiam personā uiri, & Deū homini non æquabo. Esaiæ. 42. Nō clamabit spiritus meus, neq; accipiet personā: nec audietur uox eius foris. Dauid. Psal. 81. Vsq; quo iudicatis iniqtatē, et facies peccatorū sumitis?

Deuterono. Paralipom. In Act. Apo. Iacob. Paulus. Iob Esaias. Dauid

Salomon. *Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iustificate.* Salom. prouer. 18. *Accipere personam impij in iudicio non est bonum, ut declines à ueritate iudicij.* Ibi. 19. *Multi colunt personam potentis; & amici sunt dona tribuentis.* Ibi. 24. *Cognoscere personam in iudicio non est bonum. Qui dicit impio iustus es, maledicent ei populi, & detestabuntur eum tribus. Qui autem arguit laudabitur: & super ipsum ueniet benedictio.* Ibi, 28. *Qui cognoscit in iudicio faciem, non benefacit iste; & pro bucella panis deserit ueritatem.* Ecclesiastic. 35. Dominus uindex est, & non est apud illum gloria personæ. Non accipiet Dominus personam in pauperem; & deprecationem læsi exaudiet. Ibi. 42. Ne accipias personam ut delinquas. Ibi. 7. Noli quærere fieri iudex, *nisi ualeas uirtute irrumpere iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua.* Sapientiæ. 6. Non subtrahit personam cuiusquam Dominus, qui est omnium dominator: nec uerebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum & magnum ipse fecit; et æqualiter est illi cura de omnibus. August. *super illud* Iacob. 2. *Fratres mei nolite in personarum accept.* Si hanc distantiam sedendi & standi ad honores ecclesiasticos referamus, non est putandum leue esse peccatum in personarũ acceptione habere fidem Domini gloriæ. Quis enim ferat: eligi diuitem ad sedem honoris ecclesiæ, cõtempto paupere instructiore & sanctiore? Idem in serm. quodam. Absit Domine, ut in tabernaculo tuo præ pauperibus accipiantur personæ diuitum, aut præ ignobilibus nobiles, quoniam potius infirma mundi elegisti, ut confunderes fortia. Hieron. in epist. ad Fabiolam. Multa nos facere cogit affectus, dum propinquitatem respicimus corporum, & corporis & animæ offendimus creatorem. Idem

August.

Hieronymu.

ad

ad Pammachium. Vnumquodq; non personarum, sed rerum pondere iudicandum est. Aequum enim iudicium est, ubi nō personae sed opera considerantur. Ambros. super Malach. Inter omnia peccata sacerdotum est maximum, quòd non causas, sed personas considerant, & despecto iusto paupere, iniustos diuites honorant. Idem lib. 2. Offic. In iudicio gratia absit, causae merita discernantur. Greg. in ho. & moral. Personam hominis accipere, est hominem non quia homo, sed propter aliquid, quod circa ipsum est, honorare. Idem & ponitur 11. q. 3. Remota personarum acceptione, diffinitiua proferatur sententia. Idem. Quid apud Deum uilius, quid despectius esse potest, quàm seruare honorem apud homines, & in aeternis oculos non habere? Isidor. de Summo bono lib. 3. cap. 57. Non est persona in iudicio obseruanda, sed causa. Iniqui iudices sunt, qui errāt in ueritate sententiae dum intendunt in qualitatem personae, & exulcerant saepe iustos, dum improbè defendunt iniquos. Ibi. 63. Plus uenerantur homines in hoc seculo pro temporali potentia, quàm pro reuerentia sanctitatis. Suscipiunt enim quòd magis sunt diuites, & quòd pauperes sunt, omnino despiciunt.

Ambrosius

Gregorius

Isidorus.

De Doctoribus. Cap. LXXI

QVi docet, doctor, magister, praeceptor, & interpres dicitur, nec tamen Monalde, Amplissime omnis docēs est doctor iuridice, sed solum qui suscepit doctoratus insignia, ut tu in utroq; iure fecisti: De istis igitur uariae hic citantur auctoritates.

Matthæus.



Ominus dicit in Euangelio Matth.5. Qui solue
rit unum de mandatis istis minimis, & docue
rit sic homines, minimus uocabitur in regno cœ
lorum: qui autem fecerit & docuerit; hic ma
ior uocabitur in regno cœlorum. Ibi. 10. Euntes
autem prædicate dicentes, quia appropinquabit regnum cœlo-
rum. Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in
aure auditis, prædicate super tecta. Ibi. 13. Omnis scriba
doctus in regno cœlorum similis est homini patri familias, qui
profert de thesauro suo noua & uetera. Ibi. 28. Euntes doce

Petrus

te omnes gentes seruare omnia quæcunq; mandaui uobis. 1. Pe
tri. 5. Pascite, qui in uobis est, gregem Dei, prouidentes
non coactè, sed spontaneè secundum Deum: neque ut domi-
nantes in clericis, sed forma facti gregis ex animo. Paul. ad
Rom. 2. Qui alium doces, te ipsum doces. 1. ad Corinth. 4.
Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mi
nistrorũ Dei. 2. Ibi. 6. Nemini dãtes ullã offensionẽ, ut nõ uitupe
retur ministeriũ nostrũ: sed in omnibus exhibeamus sicut nos
metipsos sicut Dei ministros. 1. ad Timoth. 4. Attende tibi, et do
ctrinæ insta in illis, hoc enim faciens, et te ipsum saluum facies,
& eos qui te audiunt. Ibi. 5. Qui benè præsunt præsbyteri du-
plici honore digni habeantur, maxime qui laborant in uerbo &
doctrina. Ibi. 6. Quicunq; sunt sub iugo serui, dños suos omni ho
nore dignos arbitrentur, ne nomen dñi & doctrina blaspheme-
tur. Hæc doce & exhortare. Si quis aliter docet, & non ac-
quiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei,
qui secundum pietatem est doctrinæ, superbus est, nihil sciens,
sed languens circa quæstiones & pugnas uerborum. 2. Ibi. 2.
Tu ergo fili mi confortare in gratia, quæ est in Christo Iesu,

& quæ audisti à me, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt, & alios docere. ad Titum. 2. Tu autem loque re quæ decent sanam doctrinam. Exodi. 4. *Perge igitur, ego ero in ore tuo, & docebo te quid loquaris.* Leuitic. 15. *Docebi tis ergo filios, ut caueant immunditias, & non moriantur in sordibus suis.* Esdras. 1. *Esdras autem parauit cor suum ut in uestigaret legem* Domini, *& faceret & doceret præceptum, & iudicium.* Ibidem. *Et imperitos docete liberè.* Esaiæ. 24. *In doctrinis glorificate* Dominum, *in insulis maris nomen* Domini. Ibi. 48. *Hæc dicit Dominus Deus, tuus redemptor.* Ego Dominus Deus tuus: *docebo te utilia, gubernans te in uia qua ambulas.* Iob. 6. *Docete me, & ego tacebo; & si quid fortè ignoraui, instruite me.* Dauid Psal. 33. *Venite filij, audite me, timorem Dñi docebo uos.* Psal. 50. *Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur.* Idem Psal. 93. *Beatus homo quem tu erudieris domine: & de lege tua docueris eum. Qui corripit gentes non arguet; aut qui docet hominem scientiam.* Salom. Prouer. 9. *Doce iustum, & festinabit accipere.* Ibi. 10. *Labia iusti erudiunt plurimos: qui autem indocti sunt, in cordis egestate morientur. Argentum electum labia iusti; cor autem impiorum pro nihilo.* Ibi. 13. *Doctrina bona dabit gratiam: in itinere autem contemptorem uorago.* Ibi. 15. *Cor sapientis quærit doctrinam: fons uitæ eruditio possidetis; Doctrina stultorum fatuitas.* Ibi. 19. *Doctrina uiri per patientiam noscitur.* Ibi. 24. *In doctrina replebuntur cellaria, uniuersa substantia pretiosa & pulcherrima.* Ecclesiastic. 22. *Qui narrat uerbum non audienti, quasi qui suscitat dormientem de graui somno.* Ibi. 30. *Qui docet filium suum, laudabitur in illo; & in medio domesticorum in illo gloriabitur.*

Exodus. Leuiticus. Esdræ. Esaias. Iob. Dauid. Salomon.

Auguſt. August. de Doctrina Christian. Debet diuinarum scripturarum doctor fidei, ac debellator erroris & bona docere, & mala dedocere: & hoc opere & sermone conciliare aduersos, remissos erigere, nescientibus quod agitur, quid expectare debeant, intimare. Idem super Ioannem. Si me posses docere quod nescio, non solùm te uerbis, sed & pugnis cædentem deberem patientissimè sustinere. Idem de Doctr. Christian. Doctor & ductor id agere debet, ut non solùm intelligenter, uerum & libenter, & obedienter audiatur. Idem. Magis quippe nocentes estis si fratres uestros, quos iudicantes corrigere potestis, tacendo perire permittatis. Idem. Noli attendere ad labia loquentis sed cooperantis. Hieron. ad Demetriadem uirginem. Multi iuxta uetus eulogium, cùm loqui nesciant, tacere non possunt; docentq; scripturas, quas non intelligunt: & quum alij persuaserint, eruditorum sibi assumunt supercilium, prius imperitorum magistri, quàm doctorum discipuli. Idem super illud. Vinum tuum mistum est aqua. Omnis doctor, qui austeritatem scripturarum, per quam potest audientes corrigere, uertit ad gratiam; & ita loquitur, ut non corrigat, sed delectet audientes, uinum sanctarum scripturarum uiolat, atq; suo corrumpit sensu. Idem super Ezech. lib.1. Magnum discrimen est, Dei tacere sermones ob triplicem causam; uel propter timorem, uel propter pigritiam, uel propter adulationem. Idem. Sermo doctrinæ nunquàm deficiat: sed quantò plus fuerit à doctore erogatus, tantò amplius duplicatur. In fletu oculorum & stridore dentium doctorem officium est, uel lapsis manum porrigere, uel errantibus iter ostendere. Stultum est quenquàm docere quod non ignorat. Non confundat opera sermonem doctoris: ne fortè cum in Ecclesia loqui cœperit, tacitus quilibet respondeat,

(margin, beside "tis sed cooperantis"): Hieronymus.

cur hæc ipse non facis? Perdit auctoritatem docendi cuius sermo opere destruitur. Peritus autem uita, & sic lingua irreprehensibilis quæritur, ut doctus merito suscipiatur. Caput est artis docere quid facias. Ambros. super Beati immaculati. Ante uita, quàm doctrina quærenda est. Vita bona sine doctrina gratiam habet, doctrina sine uita integritatem non habet. Hæc naturaliter mulcent, & exhilarant animam: sed lingua suauiter docens, plus confortat intellectum. Idem super Lucam. Aperi os tuum; sed prius ut aperiatur implora. Vita enim uerbum erigit, & acquirit: sermo enim sine uita, non est Dei sermo. Greg. lib. 6. moral. Quantacunq; doctrina mens polleat, grauis eius imperitia est, uelle docere meliorem. Idem hom. 30. super euang. Nisi spiritus sanctus adsit cordi audiẽtis, otiosus est sermo doctoris. Nemo ergo docenti homini tribuat, quod ex ore docentis intelligit, quia nisi intus sit, qui doceat, doctoris lingua exterius in uacuum laborat. Idem lib. 3. Moral. super illud Iob. Stillabat eloquium meum. Debet subtiliter is, qui docet, prospicere, ne plus audeat, quàm ab audiente capiatur. Idem in quadam hom. Ad regnum æternæ beatitudinis peruenire non ualet; qui non uult opere implere, quod docet. Nam cuius uita despicitur, restat, ut eius prædicatio contemnatur. Prædicatio enim sacerdotis operibus confirmanda est, ut quod uerbis docet, instruat exemplis. Prædicatio plus actibus quàm uocibus insonet. Sunt quidam qui repente docent, quod non opere, sed meditatione didicerunt; & quod uerbis prædicant, operibus impugnant. Ipsa quippe in magisterio lingua confunditur, quando aliud discitur, & aliud docetur. Qui loqui sapienter nititur, magnopere metuat, ne eius eloquia audientium unitas confundatur. Nulla ars doceri præsumitur, nisi

Ambrosius

Gregorius.

intenta prius meditatione discatur. Mandatum quippe soluit & docet, quando hoc quisq; uoce praedicat, quod uiuendo non implet. Idem super illud Prouer. 25. Doctrina uiri per patientiam &c. Tantò quisq; minus ostenditur doctus, quantò minus patiens est. Neq; enim potest ueraciter bona docendo impendere, si uiuendo nescit aduersa tolerare. Origenes homil. 38. Super Leuitic. Clausum habeat os peccator. Quia qui se ipsum non docuit, alium docere non potest. Non enim alios ante docere, quàm nos instructi & rationabiles esse debemus. Isidor. de Summo bono lib. 3. cap. 35. Desinat locum docendi suscipere, qui nescit docere. Ibi. 36. Tam doctrina, quàm uita clarere debet ecclesiasticus doctor. Nam doctrina sine uita arrogantem reddit: uita sine doctrina inutilem facit. Vera enim est illa doctrina, quam uiuendi sequitur forma. Qui ergo negligit recta facere, desinat recta docere. Omnis utilis doctor plebibus subiectis ita se praestare debet atq; insistere doctrinae, ut quantò claret uerbo, tantò clarescat & merito. Ibi. 37. Qui non uiuit sicut docet, ipsam quam praedicat ueritatem contemptibilem facit. Arcus peruersus est lingua magistrorum docentium bene, & male uiuentium. Qui bene docet & male uiuit, quod docet bene uiuentibus proficit: quòd uerò male uiuit, se ipsum occidit. Qui bene docet et male uiuit, uidetur bonum malo coniungere, lucem tenebris commiscere, ueritatem mendacio commutare. Ibi. 40. Iracundi doctores per rabiem furoris disciplinae modum ad immanitatem crudelitatis conuertunt: & unde emendare subditos poterant inde potius uulnerant. Ibi. 41. Bonus doctor & in humilitate seruat doctrinam & per disciplinam non incurrit superbiam. Superbi doctores uulnerare potius, quàm emẽdare nouerũt. Idẽ. Antea

Origenes

Isidorus.

esto auditor, postea doctor. Doctrina quantò amplius data fue rit, tantò magis abundat. Quæ ore prædicas, opere adimple: & quæ uerbis doces, exemplis ostende. Iuxta sensum audito ris erit sermo doctoris. Hilarius lib. 4. de Trinit. Intelligen tia doctorum est ex causis assumenda: quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus. Vita Patr. Nequaquam uerbis docere præsumas, quod opere ante non feceris. Hilarius. In Vita Pat.

De Lectoribus. Cap. LXXII.

L*Ector, author, recitator, qui legit, & intelligit, dicitur. De eo ergo & eius officio multæ hic ponuntur auctoritates.*



Ominus dicit in Euangelio Marc. 13. Qui legit, intelligat. Lucæ. 12. Ab omni aũt cui multũm est datum, multùm quæretur ab eo. 1. Paul. ad Ti moth. 4. Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. Noli negligere gratiã, quæ est in te. hæc meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Etenim tibi & doctrinæ insta in illis. Hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, & eos, qui te audiunt. 2. Ibi. 3. Omnis scri ptura diuitus inspirata, utilis est ad docendum, ad corripiendũ, ad erudiendum in iustitia: ut præfectus sit homo Dei ad omne opus bonũ instructus. Idẽ ad Coloss. 3. Verbũ Christi habitet in uobis abũdanter. ad Rom. 15. Quæcũq; enim scripta sunt, ad nostrã doctrinã scripta sũt. Esaiæ 29. Dabitur liber nesciẽti lite ras: diceturq; ei, lege: et rñdebit, nescio literas. 2. Mach. 15. Sicut uinũ sẽper bibere, aut sẽper aquã, cõtrariũ ẽ, alterius aũt uti delectabile: ita legẽtibus si sẽper exactus sit sermo, nõ erit gratus. Marcus. Luchas. Paulus. Esaias. Machabei

Vsq; quo iudicatis iniquitatẽ, & facies peccatorũ sumitis. Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperẽ iustificate: Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Idem ps. 1. 105. Beati, q custodiũt iudicium, et faciunt iustitiã omni tẽpore.

Salomon. Salom. Prou. 4. Oculi tui recta uideant. Ne declines ad dextram neq; ad sinistram. Ibi. 17. Qui iustificat impium, & qui cõdemnat iustum abominabilis est uterq; apud Deum. Ibi. 21. Gaudium est iusto facere iudicium, & pauor operantibus iniquitatem. Ibi. 25. Aufer rubiginem de argento, & egreditur uas purissimum: Aufer impietatem de uultu Regis & firmabitur iustitia thronus eius. Ibi. 29. Rex, qui iudicat in ueritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. Ibi. 28. Qui cognoscit in iudicio faciem, non benefacit iste, & pro bucella panis deseret ueritatem. Sapientiæ. 1. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Ibi. 6. Qui custodierint iustitiam, iustè iudicabuntur. Discite iudices finium terræ: Præbete aures uos, qui continetis multitudinem, & placetis uobis in turbinibus nationum: quoniã data est à Domino potestas uobis, & uirtus ab altissimo; qui interrogabit opera uestra & cogitationes scrutabitur: quoniã cum essetis ministris illius, non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neq; secundum uoluntatem Dei ambulastis. Ecclesiastic. 7. Noli quærere fieri iudex, nisi ualeas uirtute irrumpere iniquitates: ne fortè extimescas faciem potentis; & ponas scandalum in agilitate tua. Ibi. 8. Non iudices contra iudicem: quoniam secundum quod iustum est, iudicat. Ibi. 10. Iudex sapiens iudicat populum suum. et principatus sensati stabilis erit. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & quales rectores ciuitatis, tales habitantes in ea. Ibi. 20. Exenia & dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit corre-

ctiones eorum. August. Contra Macedon. Iusti est incedere re- August.
cta ratione, iudicis autem est iudicare iusto ordine. Modus ro-
gandi iudicem est, ut faciat quod salua fide facere potest. Idem
lib.3. de Symbo. Ille iudex nec gratia præuenitur, nec miseri
cordia iam flectitur, nec pecunia corrumpitur, nec satisfactio-
ne, uel pœnitentia mitigabitur. Hic dum tempus habet, agat
anima pro se, quandiu locus est misericordiæ; quia ibi erit locus Hieronymus
iustitiæ. Hieron. *in epist. ad* Damasc. *Alienum te à personis*
omnium redde in iudicio, ac propter iustitiam, in iudicio paupe
rem defendas: nec propter gratiam diuiti indecenter adsistas.
aut si non potes facere, cognitionem respue causarum. Idem
super epist. ad Galath. & ponitur 23. q. 5. Iudex non est au-
thor sceleris homines iudicando. Ambr. *super prima ad Co-* Ambrosius
rinth. 6. Iudicis non est sine accusatore damnare: quia Domi
nus Iudam, licet fuisset fur, tamen cùm non esset accusatus, mi
nimè abiecit. Idem super Beati immaculati. *Bonus iudex nihil*
ex arbitrio suo facit, & proposito domesticæ uoluntatis, sed iu
xta leges & iura pronunciat, statutis iuris omtemperat, non in
dulget propriæ uoluntati, nihil præparatum, & meditatum de
domo defert; sed sicut audit, ita Iudicat: & sicut se habet na
tura decernit; obsequitur legibus, non aduersatur: examinat
causæ merita, non mutat. Discite iudices sæculi quem in iudi-
cando tenere debeatis affectum, quam societatem, quam since
ritatem. Qui iudicat, uoluntati suæ obtemperare non licet, sed
tenere quod legum est. Gregor. *lib. 19. mor. super illud Iob.* Gregorius
29. Causam, quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam.
Ad proferendam sententiam nunquam præcipites esse debemus,
ne indiscussa temere iudicemus; nec quælibet mala audita non
moueant, ne passim sine probatione credamus. Idem in Moral.

Iudicare dignè de subditis nequeunt, qui in subditorum causis non merita, sed odium uel gratiam sequuntur. Idem. Non morientem quippe mortificant, qui iustum damnant: & non uicturum uiuificare nituntur, qui reum à supplicio liberare conatur. Idem & habetur. 2. q. 3. Qui rectè iudicat, & præmium remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat: quia iustitiam quam gratis impartiri debuit, acceptione pecuniæ uendidit. Isidorus. *Isidor. de Summo bono lib. 3. cap. 54. Bonus iudex sicut nocere cuilibet nescit, ita prodesse omnibus nouit. Omnis, qui rectè iudicat, stateram in manu gestat, & in utroq; penso iustitiam & misericordiam portat. Ibi. 55. Grauius lacerantur pauperes à prauis iudicibus quàm à cruentissimis hostibus. Nullus enim prædo tam cupidus in alienis, quàm iudex iniquus in suis. Qui enim destruant, multi sunt: rari autem sunt, qui populos legum moderamine regant.*

De Acceptione Personarum. Cap. LXX.

P*Ersonarum acceptio est iniustitia, qua persona personæ præfertur in conferendo ei aliquid, quod ex debito iustitiæ alteri esset conferendum ratione alicuius transitoriæ conditionis ad ipsam rem non congruentis, existentis circa personam puta diuitiarum potestatis terrenæ, uel cogitationis carnalis, & non ob meritum eius ad ipsam rem. Vel est attendere ad conditionem personæ nihil facientem ad illud negotium. Aut est inæqualitas iustitiæ distributiuæ inquantum aliquid attribuitur alicui præter proportionem. Ad quam fugiendam multæ in hoc cap. traduntur auctoritates.*


Ominus dicit in Deut.cap.16. Nō accipias per sonā nec munera, qa munera excecant oculos sapientum, & mutant uerba iustorum. Ibi. 1. Quod iustum est iudicate siue ciuis sit ille, siue peregrinus, nulla erit distantia personarum. Ita paruum audietis ut magnum, nec accipietis cuiusquàm personam, quia Dei iudicium est. Paralip. lib. 2. cap. 19. Sit timor Domini uobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Non enim est apud Dominum Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum. In Actibus Apostolor. 10. In ueritate comperi, quoniam non est personarum acceptor Deus; sed in omni gente, quæ timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Iacob. 2. Fratres mei nolite in personarū acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi gloriæ. Etenim si introierit in conuentum uestrum uir aureum anulum habens in ueste candida: introierit autem & pauper in sordido habitu; & intendatis in eum, qui indutus est ueste præclara, & dixeritis ei. Tu sede hic bene: pauperi autem dicatis. tu sta hic, aut sede sub scabello pedum meorum: nonne iudicatis apud uos met ipsos; & facti estis iudices cogitationum iniquarum? Si ergo personam accipitis, peccatum operamini redarguti à lege quasi transgressores. Paul. ad Rom. 2. Gloria, honor, & pax omni operanti bonum, iudeo primùm & græco. Non enim est acceptio personarū apud Deū. Ad Coloss. 3. Qui iniuriam facit, recipiet id, quod iniquè gessit. Et non est acceptio personarum apud Deum. Iob. 32. Non accipiam personā uiri, & Deū homini non æquabo. Esaiæ. 42. Nō clamabit spiritus meus, neq; accipiet personā: nec audietur uox eius foris. Dauid. Psal. 81. Vsq; quo iudicatis iniqtatē, et facies peccatorū sumitis?

Deuterono.
Paralipom.
In Act. Apo.
Iacob.
Paulus.
Iob
Esaias.
Dauid

ad Pammachium. Vnumquodq; non personarum, sed rerum pondere iudicandum est. Aequum enim iudicium est, ubi nō personae sed opera considerantur. Ambros. super Malach. Inter omnia peccata sacerdotum est maximum, quòd non causas, sed personas considerant, & despecto iusto paupere, iniustos diuites honorant. Idem lib. 2. Offic. In iudicio gratia absit, causae merita discernantur. Greg. in ho. & moral. Personam hominis accipere, est hominem non quia homo, sed propter aliquid, quod circa ipsum est, honorare. Idem & ponitur 11. q. 3. Remota personarum acceptione, diffinitiua proferatur sententia. Idem. Quid apud Deum uilius, quid despectius esse potest, quàm seruare honorem apud homines, & in aeternis oculos non habere? Isidor. de Summo bono lib. 3. cap. 57. Non est persona in iudicio obseruanda, sed causa. Iniqui iudices sunt, qui errāt in ueritate sententiae dum intendunt in qualitatem personae, & exulcerant saepe iustos, dum improbè defendunt iniquos. Ibi. 63. Plus uenerantur homines in hoc seculo pro temporali potentia, quàm pro reuerentia sanctitatis. Suscipiunt enim quòd magis sunt diuites, & quòd pauperes sunt, omnino despiciunt.

Ambrosius

Gregorius

Isidorus.

De Doctoribus. Cap. LXXI

QVi docet, doctor, magister, praeceptor, & interpres dicitur, nec tamen Monalde, Amplissime omnis docēs est doctor iuridice, sed solum qui suscepit doctoratus insignia, ut tu in utroq; iure fecisti: De istis igitur uariae hic citantur auctoritates.

Matthæus. Ominus dicit in Euangelio Matth.5. Qui solue rit unum de mandatis istis minimis, & docue rit sic homines, minimus uocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit & docuerit, hic maior uocabitur in regno cœlorum. Ibi. 10. Euntes autem prædicate dicentes, quia appropinquabit regnum cœlorum. Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Ibi. 13. Omnis scriba doctus in regno cœlorum similis est homini patri familias, qui profert de thesauro suo noua & uetera. Ibi. 28. Euntes doce te omnes gentes seruare omnia quæcunq; mandaui uobis. 1. Petri. 5. Pascite, qui in uobis est, gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè secundum Deum: neque ut dominantes in clericis, sed forma facti gregis ex animo. Paul. ad Rom. 2. Qui alium doces, te ipsum doces. 1. ad Corinth. 4. Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores ministrorũ Dei. 2. Ibi. 6. Nemini dãtes ullã offensionẽ, ut nõ uitupe retur ministeriũ nostrũ: sed in omnibus exhibeamus sicut nos metipsos sicut Dei ministros. 1. ad Timoth. 4. Attende tibi, et doctrinæ insta in illis, hoc enim faciens, et te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. Ibi. 5. Qui benè præsunt præsbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in uerbo & doctrina. Ibi. 6. Quicunq; sunt sub iugo serui, dños suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen dñi & doctrina blasphemetur. Hæc doce & exhortare. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei, qui secundum pietatem est doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas uerborum. 2. Ibi. 2. Tu ergo fili mi confortare in gratia, quæ est in Christo Iesu,

Petrus

& quæ audisti à me, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt, & alios docere. ad Titum. 2. *Tu autem loquere quæ decent sanam doctrinam.* Exodi. 4. *Perge igitur, ego ero in ore tuo, & docebo te quid loquaris* Leuitic. 15. *Docebitis ergo filios, ut caueant immunditias, & non moriantur in sordibus suis.* Esdras. 1. *Esdras autem parauit cor suum ut inuestigaret legem* Domini, *& faceret & doceret præceptum, & iudicium.* Ibidem. *Et imperitos docete liberè.* Esaiæ. 24. *In doctrinis glorificate* Dominum, *in insulis maris nomen* Domini. Ibi. 48. *Hæc dicit* Dominus Deus, *tuus redemptor.* Ego Dominus Deus tuus *docebo te utilia, gubernans te in uia qua ambulas.* Iob. 6. *Docete me, & ego tacebo; & si quid fortè ignoraui, instruite me.* Dauid Psal. 33. *Venite filij, audite me, timorem* Dñi *docebo uos.* Psal. 50. *Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur.* Idem Psal. 93. *Beatus homo quem tu erudieris domine: & de lege tua docueris eum. Qui corripit gentes non arguet; aut qui docet hominem scientiam.* Salom. Prouer. 9. *Doce iustum, & festinabit accipere.* Ibi. 10. *Labia iusti erudiunt plurimos: qui autem indocti sunt, in cordis egestate morientur. Argentum electum labia iusti; cor autem impiorum pro nihilo.* Ibi. 13. *Doctrina bona dabit gratiam: in itinere autem contemptorem uorago.* Ibi. 15. *Cor sapientis quærit doctrinam: fons uitæ eruditio possidētis; Doctrina stultorum fatuitas.* Ibi. 19. *Doctrina uiri per patientiam noscitur.* Ibi. 24. *In doctrina replebuntur cellaria, uniuersa substantia pretiosa & pulcherrima.* Ecclesiastic. 22. *Qui narrat uerbum non audienti, quasi qui suscitat dormientem de graui somno.* Ibi. 30. *Qui docet filium suum, laudabitur in illo: & in medio domesticorum in illo gloriabitur.*

Exodus. Leuiticus Esdræ. Esaias. Iob. Dauid. Salomon.

Augusl. August. de Doctrina Christian. Debet diuinarum scripturarum doctor fidei, ac debellator erroris & bona docere, & mala dedocere: & hoc opere & sermone conciliare aduersos, remissos erigere, nescientibus quod agitur, quid expectare debeant, intimare. Idem super Ioannem. Si me posses docere quod nescio, non solùm te uerbis, sed & pugnis cædentem deberem patientissimè sustinere. Idem de Doctr. Christian. Doctor & ductor id agere debet, ut non solùm intelligenter, uerum & libenter, & obedienter audiatur. Idem. Magis quippe nocentes estis si fratres uestros, quos iudicantes corrigere potestis, tacendo perire permittatis. Idem. Noli attendere ad labia loquentis sed cooperantis.

Hieronymus. Hieron. ad Demetriadem uirginem. Multi iuxta uetus eulogium, cùm loqui nesciant, tacere non possunt; docentq; scripturas, quas non intelligunt: & quum alij persuaserint, eruditorum sibi assumunt supercilium, prius imperitorum magistri, quàm doctorum discipuli. Idem super illud. Vinum tuum mistum est aqua. Omnis doctor, qui austeritatem scripturarum, per quam potest audientes corrigere, uertit ad gratiam; & ita loquitur, ut non corrigat, sed delectet audientes, uinum sanctarum scripturarum uiolat, atq; suo corrumpit sensu. Idem super Ezech. lib. I. Magnum discrimen est, Dei tacere sermones ob triplicem causam; uel propter timorem, uel propter pigritiam, uel propter adulationem. Idem. Sermo doctrinæ nunquàm deficiat: sed quantò plus fuerit à doctore erogatus, tantò ampliùs duplicatur. In fletu oculorum & stridore dentium doctorem officium est, uel lapsis manum porrigere, uel errantibus iter ostendere. Stultum est quenquàm docere quod non ignorat. Non confundat opera sermonem doctoris: ne fortè cum in Ecclesia loqui cœperit, tacitus quilibet respondeat,

cur hæc ipse non facis? Perdit auctoritatem docendi cuius sermo opere destruitur. Peritus autem uita, & sic lingua irreprehensibilis quæritur, ut doctus merito suscipiatur. Caput est artis docere quid facias. Ambros. super Beati immaculati. Ambrosius
Ante uita, quàm doctrina quærenda est. Vita bona sine doctrina gratiam habet, doctrina sine uita integritatem non habet. Hæc naturaliter mulcent, & exhilarant animam: sed lingua suauiter docens, plus confortat intellectum. Idem super Lucam. Aperi os tuum; sed priùs ut aperiatur implora. Vita enim uerbum erigit, & acquirit. sermo enim sine uita, non est Dei sermo. Greg. lib. 6. moral. Quantacúq; doctrina mens polleat, grauis eius imperitia est, uelle docere meliorem. Idem hom. 30. super euang. Nisi spiritus sanctus adsit cordi audiẽtis, otiosus est sermo doctoris. Nemo ergo docenti homini tribuat, quod ex ore docentis intelligit, quia nisi intus sit, qui doceat, doctoris lingua exterius in uacuum laborat. Idem lib. 3. Moral. super illud Iob. Stillabat eloquium meum. Debet subtiliter is, qui docet, prospicere, ne plus audeat, quàm ab audiente capitur. Idem in quadam hom. Ad regnum æternæ beatitudinis peruenire non ualet, qui non uult opere implere, quod docet. Nam cuius uita despicitur, restat, ut eius prædicatio contemnatur. Prædicatio enim sacerdotis operibus confirmanda est, ut quod uerbis docet, instruat exemplis. Prædicatio plus actibus quàm uocibus insonet. Sunt quidam qui repente docent, quod non opere, sed meditatione didicerunt; & quod uerbis prædicant, operibus impugnant. Ipsa quippe in magisterio lingua confunditur, quando aliud discitur, & aliud docetur. Qui ldò qui sapienter nititur, magnopere metuat, ne eius eloquia audientium unitas confundatur. Nulla ars doceri præsumitur, nisi

Gregorius. (margin, beside "Dei sermo. Greg. lib. 6.")

intenta prius meditatione discatur. Mandatum quippe soluit & docet, quando hoc quisq; uoce prædicat, quod uiuendo non implet. Idem super illud Prouer. 25. Doctrina uiri per patientiam &c. Tantò quisq; minus ostenditur doctus, quantò minus patiens est. Neq; enim potest ueraciter bona docendo impendere, si uiuendo nescit aduersa tolerare. Origenes homil. 38. Super Leuitic. Clausum habeat os peccator. Quia qui se ipsum non docuit, alium docere non potest. Non enim alios ante docere, quàm nos instructi & rationabiles esse debemus. Isidor. de Summo bono lib. 3. cap. 35. Desinat locum docendi suscipere, qui nescit docere. Ibi. 36. Tam doctrina, quàm uita clarere debet ecclesiasticus doctor. Nam doctrina sine uita arrogantem reddit: uita sine doctrina inutilem facit. Vera enim est illa doctrina, quam uiuendi sequitur forma. Qui ergo negligit recta facere, desinat recta docere. Omnis utilis doctor plebibus subiectis uia se præstare debet atq; insistere doctrinæ, ut quantò claret uerbo, tantò clarescat & merito. Ibi. 37. Qui non uiuit sicut docet, ipsam quam prædicat ueritatem contemptibilem facit. Arcus peruersus est lingua magistrorum docentium bene, & male uiuentium. Qui bene docet & male uiuit, quod docet bene uiuentibus proficit: quod uerò male uiuit, se ipsum occidit. Qui bene docet et male uiuit, uidetur bonum malo coniungere; lucem tenebris commiscere; ueritatem mendacio commutare. Ibi. 40. Iracundi doctores per rabiem furoris disciplinæ modum ad immanitatem crudelitatis conuertunt: & unde emendare subditos poterant inde potius uulnerant. Ibi. 41. Bonus doctor & in humilitate seruat doctrinam & per disciplinam non incurrit superbiam. Superbi doctores uulnerare potius, quàm emẽdare nouerũt. Idẽ. Antea

esto auditor, postea doctor. Doctrina quantò amplius data fuerit, tantò magis abundat. Quæ ore prædicas, opere adimple: & quæ uerbis doces, exemplis ostende. Iuxta sensum auditoris erit sermo doctoris. Hilarius lib. 4. de Trinit. Intelligentia doctorum est ex causis assumenda: quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus. Vita patr. Nequaquam uerbis docere præsumas, quod opere ante non feceris. Hilarius. In Vita Pat.

De Lectoribus. Cap. LXXII.

Lector, author, recitator, qui legit, & intelligit, dicitur. De eo ergo & eius officio multæ hic ponuntur auctoritates.



Ominus dicit in Euangelio Marc. 13. Qui legit, intelligat. Lucæ. 12. Ab omni aũt cui multùm est datum, multùm quæretur ab eo. 1. Paul. ad Timoth. 4. Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. Noli negligere gratiã, quæ est in te. hæc meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Etenim tibi & doctrinæ insta in illis. Hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, & eos, qui te audiunt. 2. Ibi. 3. Omnis scriptura diuitus inspirata, utilis est ad docendum, ad corripiendũ, ad erudiendum in iustitia: ut præfectus sit homo Dei ad omne opus bonũ instructus. Idẽ ad Coloss. 3. Verbũ Christi habitet in uobis abũdanter. ad Rom. 15. Quæcũq; enim scripta sunt, ad nostrã doctrinã scripta sũt. Esaiæ 29. Dabitur liber nescienti literas: diceturq; ei, lege: et rñdebit, nescio literas. 2. Mach. 15. Sicut uinũ sẽper bibere, aut sẽper aquã, cõtrariũ ẽ, alterius aũt uti delectabile: ita legẽtibus si sẽper exactus sit sermo, nõ erit gratus. Marcus. Lucas. Paulus. Esaias. Machabei

Daniel. Danielis. 5. Si uales scripturam legere, & interpretationem eius indicare; purpura uestieris: & torquem auream circa collum tuum habebis. Salom. Prouer. 23. In auribus insipientium ne loquaris: quia despicient doctrinam eloquij tui. Noli subtrahere a puero disciplinam. si enim percusseris eum uirga, non morietur. Tu uirga percuties eum; & animam eius de inferno liberabis.

Salomon.

Auguft. Aug. super Ioann. hom. 1. Lectio est sicut oleum in flamma, si est ibi, quo nutriatur, nutritur, crescit & permanet. Idem. Nutri ergo animam tuam lectionibus diuinis: Parabunt enim tibi mensam spiritualem. Idem in serm. quodam. Periculosum est magisterium, disciplinatus securus est. Securior est enim uerbi auditor, quàm uerbi prolator.

Hieronym. Hieron. epist. 88. Statue tibi quot horis sacram scripturam legas, non ad laborẽ, sed ad delectationem. Idem: Qui assiduè instat lectioni in praesenti quidem laborat, sed postea gratulatur, cùm. s. cœperit de amaris seminibus literarum dulces fructus carpere. Prudens lector caue superstitiosam intelligentiam, ut non ad tuum sensum scripturas accomodes; sed scripturae iungas sensum tuum, ut intelligas quod sequaris. Beatus est qui diuinas scripturas legens, uerba uertit in opere: & nullam crucem nudus sequitur. Idem super Psal. 1. Meditatio legis est, non solùm in legendis scripturis, sed in his etiam, quae scripta sunt faciendis.

Ambrosius. Ambros. lib. de Caym & Abel. Cœlestium scripturarum eloquia diu terere ac polire debemus; toto animo ac corde uersantes; ut succus ille spiritualis cibi in oẽs se uenas animae diffundat.

Gregorius Grego. hom. 7. super Ezech. Diuina colloquia cum legente crescunt. Nam tantò illa, quisq; altiùs intelligit, quantò in eis altiùs intendit. Vnde nec eleuantur rotae, si non eleuantur animalia. quia nisi legentiũ mentes ad alta profecerint, diuina dicta uelut

in imis

inis non intellecta iacent. quũ enim legenti cuilibet, scriptu ræ sacræ sermo, si tepidus diuini eloquij sensus uidetur; eius mentem non excitat, & in cogitatione nullo interius lumine emicat rota otiosa, & in terra est, quia animal non eleuatur à terra. Idem. Quo spiritus legentis tendit, illuc diuina eloquentia eleuatur. Quantò enim quis in scriptura sacra proficit, tantò hoc eadem scriptura proficit. Apud Deum tantum in sancto eloquio profectum inuenis, quantum apud ipsum ipse profeceris. Isidor. de Summo bono lib. 3. cap. 8. Qui uult cum Deo semper esse; frequenter debet orare, frequenter & legere. Nam cùm oramus, ipsi cum Deo loquimur: cùm uero legimus, Deus nobiscum loquitur. Omnis profectus ex lectione & meditatione procedit. Quæ enim nescimus, lectione discimus: quæ autem didicimus, meditationibus conseruamus. Geminum confert donum lectio sanctarum scripturarum: siue quia intellectum mentis erudit, siue quòd à mundi uanitatibus abstractum hominem ad amorem Dei perducit. Lector strenuus potiùs ad agendum quæ legit, quàm ad sciendum erit promptissimus. Ibi. 9. Nemo potest sensum scripturæ sacræ cognoscere nisi legendi familiaritate. Quantò enim quisq; magis in sacris eloquijs assiduus fuerit, tantò ex eis uberiorem intelligentiam capit. Sicut terra, quæ quantò amplius excolitur, tantò uberius fructificat. Quidam habent intelligentiæ ingenium, sed negligunt lectionis studium: & quod legendo scire potuerunt, negligendo contemnunt. Ibi. 11. Nunquam consequuntur legendo perfectam scientiam arrogantes. Semper enim superbi legunt, quærunt & nunquam inueniunt. Diuinæ legis penetralia humilibus & bene ad Deum intrantibus patent: prauis autem atq; superbis clauduntur. Ibi. 12. Nequaquam legem intelligit,

Isidorus.

qui carnaliter uerba legis percurrit; sed is qui eam sensu interioris intelligentiæ prospicit. Nam qui ad literam legis intendunt, eius occulta penetrare non possunt. Multi etenim non intelligendo spiritualiter scripturas, nec eas rectè sentiendo in hæresim deuoluti sunt, atq; in multis erroribus defluxerunt. Ibi. 13. In lectione non uerba, sed ueritas est amanda. Ibi. 14. Cum sit utilis ad instruendum lectio, adhibita autem collatione maiorem intelligentiã præbet. Melius est enim conferre, quàm legere. Quod enim obscurũ est, aut dubium, conferendo cito perspicitur. Lectio memoriæ auxilio eget. Quæ si fuerit naturaliter tardior, frequenti tamen meditatione acuitur; ac legendi assiduitate colligitur. Amplius intellectus instruitur, quando uox legentis quiescit, & sub silentio lingua mouetur. Nam clarè legendo & corpus lassatur, & uocis acumen obtunditur.

Hylarius. Hilarius. Optimus lector est, qui doctorum intelligentiam expectat ex dictis, potiùs, quàm imponat. & retulerit, magis q̃ attulerit. *Basilius* Basilius. Sicut enim ex carnalibus escis alitur caro; ita ex diuinis lectionibus interior homo nutritur, ac pascitur.

De Discipulis. Cap. LXXIII.

QVi audit quempiam, cui se in disciplina tradit, discipulus & auditor dicitur, de quo in præsenti cap. loquuntur auctoritates.

Mathæus.



Ominus dicit in Euangelio Matth. 10. Non est discipulus supra magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. *Paulus.* 2. Paul. ad Thessal. 2. Itaque

fratres state & tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam. 2. ad Timo 3. Mali homines & seductores proficient in peius errantes, & in errorem mittentes. Tu uerò permane in his, quæ didicisti; & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris, Ad Colossen. 4. Sermo uester in gratia sit sale conditus, ut sciatis quomodo uos oporteat unicuiq; respondere. Ad hebr. 12. In disciplina perseuerate. tanquàm filijs uobis offert se Deus. Salom. Prouer. 17. Qui altam facit domum suam, quærit ruinam: & qui euitat discere, incidet in mala. Ibi. 6. Ne dederis somnum oculis tuis: nec dormitent palpebræ tuæ. Vade ad formicam ò piger, considera uias eius, & disce sapientiam. Vsque quo piger dormies? Quando consurges de somno tuo? Paululum dormies, paululũ conseres manus tuas, ut dormitabis, ne ueniat tibi quasi uiator egestas. Ibi. 5. Et dicas. Cur detestatus sum disciplinam, et increpationibus non acquieuit cor meum? nec audiui uocem docentium me: & magistris non inclinaui aurem meam. Ibi. 27. Ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem amici sui, Ecclesiastic. 8. Ne despicias narrationem præsbyterorum sapientium: & in prouerbijs eorum conuersare. Ab ipsis enim disces sapientiam & doctrinam intellectus: & seruire magnatis sine quærela. Non te prætereat narratio seniorum: ipsi enim didicerunt à patribus suis. Quoniam ab ipsis disces intellectum: & in tempore necessitatis dabis resposum. Ibi. 5. Si est tibi intellectus responde proximo tuo, sin aũt, sit manus tua super os tuũ, ne capiaris in uerbo indisciplinato et cõfundaris. Ibi. 18. Antequã loquaris, disce. Aug. Ad discẽdũ quod opus est, nulla ætas sera uideri potest: & et si senes magis decet docere, quã discere; magis tamen decet discere, quã ignorare. Idem de Ciuit. Dei lib. 12.

Salomon.

August.

Si pro uiribus suis alatur infans, fiet ut crescendo plus capiat, si modum suæ capacitatis excedat, deficit antequàm crescat. Idem ad Auxilium episcop. Senex à iuuene, & episcopus tot annorum à collega nec dum anniculo, paratus sum doceri, quomodo possim uel Deo uel hominibus iustam reddere rationem.

Hieronymu. Hieron. epist. 36. Habet nescio quid latentis energiæ uiua uox, & in aures discipuli de doctoris ore transfusa fortius sonat. Idem in epist. de institutione filiæ. Nihil aliud discat audire, uel loqui, nisi quod pertinet ad timorem domini: turpia non intelligat, cantica mundana ignoret, adhuc tenera lingua psalmis dulcibus imbuatur, procul sit lasciuia puerorum. Puellæ & pedissequæ à secularibus consortijs arceantur.

Ambrosius. Ambr. super illud. 1. ad Thess. 2. Quæ nostra spes aut gaudium &c. Perfectio discipulorum, gaudium & corona est magistrorum. fructus enim magistri obedientia est discipuli, & eius bona conuersatio coronam dat magistro.

Gregorius Greg. in Registro. 7. Peto te ut paruulos dñs, quos nutris præcipuè in moribus instruere cures. Verba nutrimentum ac lac erunt, si bona: aut uenenum, si mala. Idē lib. 3. Moral. Cor quod sine disciplina est, exaltari non ualet, quia humana mēs sicut malè eleuata in infimis premitur, sic bene pressa in sublimibus leuatur. Idem. Caue ne ante magister sis, quàm discipulus. Nulla ars absq; magistro discitur. Multo tempore disce, quod doceas. Non erudit pater filium, nisi quem amat. Non corrigit magister discipulum, nisi eum, quem ardentiori cernit ingenio. Vir studiosus & sapiens etiam si discere aliquid uult, magis docet cum prudenter interrogat. Sunt aliqui qui nimia facilitate uerborum per audaciam quærūt ab alijs, quod ipsi non intelligunt.

Cyprianus. Cyprian. Ille meliùs docet, qui quotidie crescit & proficit discendo meliora. Neq; enim idoneus po

test esse miles, qui non exercitatus in campo prius fuerit. Tūc *demùm sermo & ratio salutaris efficaciter discitur, si patienter quod discitur, auditur.* Idem de disciplin. & habitu uirt. *Disciplina custos spei, retinaculum fidei, dux itineris salutaris, fomes ac nutrimentum bonæ indolis, magistra uirtutis facit in* Christo *manere semper, ac iugiter* Deo *uiuere, ad promissa cœlestià & diuina præmia peruenire.* Eusebius. Neque enim *dignum est, philosophum nominare eum, qui de his, quæ nescit, publicè protestatur.* Eusebius.

De Defunctis. Cap. LXXIIII,

DEfunctus ille dicitur, *qui functus officio uitæ præsentis per mortem fit in eo recessus animæ à corpore.* Cùm *autem statutum sit hominibus semel mori, omnino parati esse debent.* De morte *igitur ipsa tam corporali, quàm spirituali et de pertinentibus ad eam plurimæ in hoc cap. citantur auctoritates.*



Ominus *dicit in* Euangelio *Lucæ.* 12. *Stulte hac nocte anima tua egredietur à te, quæ ergo parasti cuius erunt?* Ideo & *uos estote parati; quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet. Beatus autem est seruus ille, quem cum uenerit* Dominus, *inuenerit uigilantem; quia super omnia, quæ possidet, constituet eum.* Ioannes Apostolus in Apocalyps. 14. Beati *mortui, qui in* Domino *moriuntur.* A *modò iam dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis: opera enim illorū sequuntur illos.* Paul. *ad hebr.* 9. *Statutum est hominibus semel mori:* Lucas Ioannes in Apocalyp. Paulus

post hoc autem iudicium. Ad Rom. 8. Si secundum carnem uixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Ibi. 6. Qui mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autem mortui sumus cum Christo credimus, quia simul etiam uiuemus cũ illo. Quòd enim mortuus Christus est, peccato mortus est semel. Quòd autem uiuit, uiuit Deo. Ita & uos existimate uos mortuos quidem esse peccato, uiuentes autem Deo in Christo Iesu. Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentijs eius: Sed neq; exhibeatis mẽbra uestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete uos Deo tanquàm ex mortuis uiuentes: & membra uestra arma iustitiæ Deo. Stipendia peccati mors: gratia autem Dei uita æterna. Ibi. 8. Si Christus in uobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum: spiritus uerò uiuit propter iustificationem. Ibi. 14. Nemo. n. nostrum sibi uiuit; & nemo sibi moritur. Siue enim uiuimus, Deo uiuimus: Siue morimur, Deo morimur. 2. ad Corinth. 4. Semper enim nos, qui uiuimus, in mortem tradimur propter Iesum; ut & uita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ad Philip. 1. In nullo confundar, sed in omni fiducia sicut semper nunc magnificabitur Christus in corpore meo siue per uitã, siue per mortem. Mihi enim uiuere Christus est, & mori

Regum *lucrum: 2. Regum. 14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. Nec uult Deus perire animam nostram, sed retractat cogitans, ne penitus pereat, qui*

Iob *abiectus est. Iob. 21. Iste moritur robustus & sanus; diues, & fœlix, uiscera eius plena sunt adipe: & medullis ossa illius irrigantur. Alius uerò moritur in amaritudine animæ suæ absq; ullis opibus; & tamen simul in puluere dormient; & uermes operient eos. Ibi. 14. Homo cùm mortuus fuerit &*

nudatus atq; consumptus ubi quæso est? Sicut si recedant aquæ de mari, & fluuius uacuefactus arescat: sic homo cùm dormierit, non resurget, donec atteratur cœlum non euigilabit, nec consurget de somno suo. Hierem. 22. *Nolite flere mortuum neq; lugeatis super eum fletu. Plangite eum, qui egreditur, quia non reuertetur ultra, nec uidebit terram natiuitatis suæ.* **Hieremias.**

Ezechiel. 24. Fili hominis ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga: & non planges neq; plorabis, neq; fluant lachrymæ tuæ. Ingemisce tacens mortuorum luctum non facies. Corona tua circumligata sit tibi, & calciamenta tua erunt in pedibus tuis, non amictu ora uelabis, nec cibos lugentium comedes, hæc dicit Dominus. 1. Machabcor. 2. *Moriamur omnes in simplicitate nostra: & testes erunt super nos cœlum & terra, quòd iniustè perdimur. Ibi. 9. Moriamur in uirtute propter fratres nostros: & non inferamus crimen gloriæ nostræ.* Dauid psal. 88. *Quis est homo, qui uiuet, & non uidebit mortem? eruet animam suam de manu inferi. Ibi. psal. 33. Mors peccatorum pessima: & qui oderunt iustum, delinquent. Ibi. 72. Non est respectus morti iniquorum: & firmamentum in plaga eorum. Salomon. Prouerb. 10. Memoria iusti cum laudibus; & nomen impiorum putrescit. Ibi. 11. Non proderunt diuitiæ in die ultionis: iustitia autem liberabit à morte. Mortuo homini impio nulla erit ultra spes: & expectatio sollicitorum peribit. Ibi. 14. In malitia sua repelletur impius: sperat autem iustus in morte sua. Ibi. 18. Mors, & uita in manibus linguæ: qui diligunt eam, comedent fructus eius. Ecclesiastes. 7. Dies mortis, dies natiuitatis. Melius est ire ad domum luctus,*

Ezechiel. **Machab.** **Dauid** **Salomon.**

quàm ad domum conuiuij. In illa enim finis cunctorum admo netur hominum, & uiuens homo cogitat quid futurum sit. Ibi.2. Moritur doctus similiter & indoctus: & idcirco tædu it me uitæ meæ, uidentem mala uniuersa esse sub sole; & cuncta uanitatem & afflictionem spiritus. Sapientiæ.3. Iusto rum animæ in manu Dei sunt; & non tanget illos tormentũ mortis. Visi sunt oculi insipientium mori: & æstimata est af flictio exitus illorum. Ibi. 4. Iustus si morte præoccupatus fue rit, in refrigerio erit. Ibi. 7. Vnus est omnibus introitus ad ui tam, & similis exitus, Ecclesiastic. 7. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua: & in æternum non peccabis. Mortuo non prohibeas gratiam. Non desis plorantibus in consolatio ne; & cum lugentibus ambula. Ibi.8. Noli de mortuo gaudere, sciens quoniam omnes morimur. & in gaudium uolumus ueni re. Ibi. 10. Rex hodie est, & cras morietur. Cùm enim mo rietur homo hereditabit serpentes & bestios et uermes. Ibi.22. Modicùm plora supra mortuũ, quoniam requieuit. Luctus mor tui septem dies; fatui autem & impij omnes uitæ illorum. Ibi. 14. Memor esto, quoniam mors non tardat, & testamentum inferorum, quia demonstratum est tibi. Ibi.30. Melior est mors, quàm uita amara: et requies æterna, quàm languor perseuerãs. Ibi.33. In tempore exitus tui distribue hæreditatem tuam. Ibi, 38. Fili in mortuum produc lachrymas, & quasi dira passus in cipe plorare. Ibi. 41. O mors quàm amara est memoria tua ho mini, pacem habenti in substantijs suis uiro quieto: & cuius uiæ directæ sunt in omnibus; & adhuc ualenti accipere cibũ. O mors bonum est indicium tuum homini indigenti, & qui mi noratur uiribus, defecto ætate: & cui omnibus cura est, & incredibili; qui perdit sapientiam. Noli metuere iudicium mor

tis.

tis. Memento quæ ante te fuerunt, & quæ super uentura sunt tibi: hoc iudicium à Domino omni carni. August. de grat. noui testamenti. Mortis diem omnes affuturam sciunt. eum tamen omnes, aut penè omnes differre conantur, etiam qui post mortē se beatius credunt esse uicturos. tamen habet uim carnis, & animæ dulce consortium. Idem de Ciuit. Dei lib. 1. Mala mors putanda non est, quam bona uita præcessit: neq; enim facit malam mortem, nisi quod sequitur ipsam mortem Idem lib. de agenda cura pro mortuis. Vocantur ante tempus boni, ne diutius uexentur à noxijs: Mali uerò et impij tolluntur, ne diutius bonos persequantur. Idem in Enchiridion. Non negandū est defunctorum animas pietate suorum uiuētium releuari, cùm pro illis sacrificium offertur mediatoris, uel eleemosynæ fiunt in ecclesia. Sed hæc eis prosunt, qui cum uiuerent, hæc sibi ut postea possent prodesse meruerunt. Idem super Ioannem. Qui desiderat dissolui & esse cum Christo, non patienter moritur, sed patienter uiuit, & delectabiliter moritur. Hiero. Cypriano, Memento mortis tuæ & non peccabis. Qui se quotidie recordatur esse moriturum, contemnit præsentia. & ad futura festinat. Idem super Ionam. Non est nostrum mortem arripere, sed illatam ab alijs libenter accipere. Vnde et in persecutionibus non licet propria manu perire. Idem. Qui in hoc tempore moritur non tam plangendus est quòd hac luce caruerit, quàm congratulandus est ei, quòd de tantis malis euaserit. Ambr. in Hexamer. Nudi omnes nascimur, nudi morimur, nulla distinctio inter cadauera mortuorum, nisi fortè quia grauius fœtent diuitum corpora, distenta luxuria. Gregor. super illud Matth. 10. In testimonium illis &c. Mors iustorum bonis est in adiutorium, malis in testimonium: ut inde peruersi sine

August. Hieronym. Ambrous si. Gregorius

excusatione pereant, unde electi exemplum capiant, ut uiuant. Idem in mor. Sicut hi, qui adhuc uiuentes, animæ mortuorum quo loco habeantur, ignorant: ita mortui, uitam in carne uiuentium, post eos qualiter disponantur, nesciunt. Idem lib. 6. moral. Antiquus hostis ad rapiendas peccatorum animas tempore mortis, crudelitatis effrænatur uiolentia: & quos uiuentes blanditiis deceperit, morientes seuerius rapit. Idem. Tunc maligni spiritus egrediente anima, sua opera requirunt; Tunc mala quæ suaserint replicant, ut socij eam ad tormenta

Isidorus. trahant. Isidor. de Summo bono lib. 3. cap. 66. & uult. Finem iustorum omnium uocatio tranquilla commendat: ut ex eo intelligantur sanctorum angelorum habere consortium, ex quo ab hoc corpore sine uexatione dura tolluntur. Et si pietas pro defunctis fidelibus flere iubeat, fides tamen pro eis lugere uetat. Illi enim deplorandi sunt in morte, quos miseros infernus ex hac uita recepit: non quos cœlestis aula Christi lætificandos includit. Idem. Iniquus post mortem ducitur cruciandus: Iustus uero dormit post laborem securus.

Cæsarius Cæsarius in admonit. 6. Percutitur hac animaduersione peccator; ut moriendo obliuiscatur sui, qui uiuens oblitus est Dei.

De Vita hominis, & eius breuitate. Cap. LXXV.

Vita mansio est animæ in corpore. Vita signat mores, animam alimentum, spatium uiuendi & casus, qui uiuentibus accidunt. De Vita ergo hac corporali, eius breuitate, incertitudine, et ærumnis, et eius quoque spirituali conditione fructibus & utilitate multas hic congestas auctoritates inuenies.



Ominus dicit in Euangelio Lucæ. 12. Non in abundantia cuiusquàm uita eius est ex his quæ possidet. ibidem. Ideo dico uobis. Nolite solliciti esse animæ uestræ quid manducetis; neq; corpori quid induamini: Anima enim plus est, quàm esca, & corpus plusquàm uestimentū. Ioan. 6. Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendit. Qui ergo manducat me, & ipse uiuet propter me. Hic est panis, qui de cœlo descendit. Iacob. 4. Quæ enim est uita uestra? Vapor est ad modicum parens. Paul. ad Titum. 2. Abnegantes impietatem & secularia desideria sobriè, iustè, & piè uiuamus in hoc seculo expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. Ad Rom. 14. Non est regnum Dei esca, & potus, sed iustitia & pax, & gaudium in spiritu sancto. Idem ad Hebr. 13. Optimum est enim gratia stabiliri cor, non escis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis. 1. ad Thess. 5. Siue uigilemus, siue dormiamus, simul cum illo uiuamus. Propter quod consolamini inuicem, & edificate alterutrum, sicut & facitis. 1. ad Timoth. 6. Certa bonum certamen fidei; apprehende uitam æternam, ad quam uocatus es. 2. ad Corinth. 4. Id enim. quod in præsenti est, momentaneum est, & leue. Deuter. 5. Custodite igitur & facite ea, quæ præcepit uobis Dominus. ut uiuatis & bene sit uobis; & protelentur dies uestri in terra possessionis uestræ. Ibi. 8. Non in solo pane uiuat homo, sed in omni uerbo quod egreditur de ore Domini. Iob. 3. Quare misero data est lux, & uita his, qui in amaritudine animæ sunt? Qui expectant mortem & non uenit, quasi, effodientes thesaurum gaudentq; uehementer cum inuenerint sepulchrum. Ibi. 7. Militia est uita hominis super terram; & sicut

Lucas. Ioannes Iacobus. Paulus. Deuterono Iob.

dies mercennarij dies eius. Memento, quòd uentus est uita mea et non reuertetur oculus meus ut uideat bona: nec accipiet me uisus hominis. Dies mei uelocius transierunt, quàm à texente

Treni Hier. *tela succiditur; & consumpti sunt absq; ulla spe.* Threni hie*remiæ. 4. Spiritus oris nostri Christus* Dominus *captus est in peccatis nostris*: Cui diximus. *In umbra tua uiuemus in gentibus.* Abacuch. 2. *Iustus in fide sua uiuet.* 1. *Paralipomenon*

Abacuch, Paralipom. 29. *Dies nostri quasi umbra super terram, & nulla est mora.*

Zachar. *Zachariæ. 1, Patres uestri ubi sunt & prophetæ?* Nunquid in

Dauid. *sempiternum uiuent?* Dauid. *Psal. 33. Quis est homo, qui uult uitam, diligit dies uidere bonos? Prohibe linguam tuam à malo; & labia tua ne loquentur dolum.* Diuerte *à malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam. Psal. 54.* Viri *sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Psal. 68.* Videant *pauperes & lætentur: quærite Deum, & uiuet anima uestra. Psal. 88.* Quis *est homo, qui uiuet, & non uidebit mortem? eruet animam suam de manu inferi.* Vbi *sunt misericordiæ antiquæ* Domine. Ibi. 89. *Omnes dies nostri defecerunt; & in ira tua defecimus.* Ibi. 101. Dies *mei sicut umbra decli-*

Salomon. *nauerunt, & ego sicut fenum arui Salom.* Prouer. 16. *Initium uitæ bonæ facere iustitiam: accepta enim est apud* Deum *magis, quàm immolare hostias.* Ibi. 10. Non *affligit* Deus *animam iusti fame.* Ibi. 17. *Melior est bucella sicca cum gaudio, quàm domus plena uictimis cum iurgio.* Ibi. 27. Ne *glorieris in crastinum ignorans quæ superuentura pariat dies.* Ecclesiastes 3. *Tempus nascendi, tempus moriendi.* Ibi. 19. Nec *est, qui semper uiuat; & qui huius rei habeat fiduciam. Sapientiæ.* 2. Exiguum *& cum tædio est tempus uitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis.* Et *transiet uita nostra tanquam ue-*

ftigium nubis: & ſicut nebula diſſoluetur quæ fugata eſt à ra-dys ſolis, & à calore illius aggrauata. Vmbræ enim tranſitus eſt tempus noſtrum; & non eſt reuerſio finis noſtri. Ibi.5. Iuſti autem in perpetuum uiuent, et apud Dominum eſt merces eorum. Ibi.4. Aetas ſenectutis uita immaculata. Eccleſiaſtic.3. Qui honorat patrem ſuum, uita uiuet longiore. Ibi.10. Omnis potentatus breuis uita. Sicut & Rex hodie eſt, et cras morietur. Ibi.29. Initium uitæ hominis aqua, & panis, & ueſtimentum, & domus protegens turpitudinem. Minimum pro magno placeat tibi; & improperium peregrinationis non audies. Vita nequam hoſpitandi de domo in domum: & ubi hoſpitabitur, non fiducialiter aget, nec aperiet os. Ibi.30. Melior eſt mors, quàm uita amara: & requies æterna, quàm languor perſeuerans. Ibi.34. Panis egentium uita pauperis eſt: qui defraudat illum homo ſanguinis eſt. Ibi.36. Omnem eſcam manducabit uenter: & eſt cibus cibo melior. Ibi.37. Propter crapulam multi perierunt: qui autem abſtinens eſt, adijcet uitam. Ibi.39. Initium neceſſariæ rei uitæ hominum, aqua, ignis, & ferrum, ſal, lac, & panis ſimilagineus, et mel, & botrus uuæ, & oleum, et ueſtimentum. Hæc omnia ſanctis in bona; ſic & impijs & peccatoribus in mala conuertentur. Auguſt. ſuper Ioan. Vita hominum media eſt inter uitam angelorum & peccatorum. Si uiuit homo ſecundum carnem, pecoribus comparatur: ſi uiuit ſecundum ſpiritũ angelis ſociatur. Idem ſuper Pſal.6. Longitudinem uitæ huius ſentiri non facit, niſi ſpes uiuendi. Nam nihil uidetur eſſe celerius, q̃ quicquid in ea iam præteritum eſt. Quum ergo dies iudicij uenerit, tunc ſentient peccatores, quoniam non ſit longa nimis uita, quæ tranſit. Idem in ſerm. quodam. Non eſt uera uita, niſi ubi fœliciter uiuitur: nec uera incorruptio, niſi ubi ſalus nullo dolore corrũpitur. Auguſt.

Idem.Omnis malus ideo uiuit, ut corrigatur; aut ideo uiuit, ut
Hieronymus. *per illum boni exerceantur.* Hieron. *epist.* 7). *Nihil ita decipit quàm cum ignorent homines spatia uiuendi longiorem sibi uitam repromittunt.Idem super* Amos.*lib.3.Nihil fugacius seculo rel usq; seculi, quas dum tenemus, amittimus, & per infantiam, pueritiam, iuuentutem, ac uirilem & ingrauescentem, ac maturam ætatem, annosq; ultimos senectutis uti jj septem spatia* Philo *uitam describit humanam. mutamur & currimus, nescientes ad mortis terminos peruenimus.* Idem.*Breuis est huius uitæ fœlicitas. Modica est huius seculi gloria. Caduca est & fragilis temporalis potentia.* Dic *ubi sunt reges, ubi principes, ubi Imperatores, ubi locupletes rerum, ubi potētes seculi? certè quasi umbra transierunt uelut somnium euanuerunt. Quærūtur, & non sunt diuitiæ, usq; ad periculum ducunt. Multi propter opes periclitarunt: multis mortem generarūt diuitiæ.* Toto animo *odi, et damna, quod diligit mūdus.* Ambr. *in serm quadrag.*
Ambrosius Tantis *malis hæc uita repleta est, ut cōparatione eius mors remedium putetur esse, non pœna.Nam ideò breuem illam* Deus *facit, ut molestiæ eius, quæ prosperitate uinci uel tolli non poterant, temporis exiguitate finirentur.deniq; sanctus* Iob. *dicit.*
Gregorius *Militia est uita hominis super terrā.*Greg.*lib.23. moral. Quot dies uitæ peragimus, quasi in itinere ad locū propositum tot passibus propinquamus.præsentem uitam, quasi uiā subigendo transimus.Idē in* Registr.*Vita nostra nauiganti similis est.Is enim qui nauigat, stet, sedeat, iaceat, semper uadit: Quia impulsū nauis ducitur.Sic & nos siue uigilantes, siue dormientes per momenta temporum quotidie ad finem tendimus.* Idem *in* Moral. Reproborum *mentes idcirco multa nequiter agunt, quia se hic uiuere diutius arbitrantur.Iusti uerò dum breuitatem uitæ suæ*

considerant, elationes et immunditiæ culpas declinant. Isidor. de Summo bono. lib. 3. cap. 65. Tantum in hac uita licitum est operari bonũ: illic nanq; non iam operatio expectatur, sed retributio meritorum. Hæc uita impijs longa & grata est; in oculis autem iustorum amara & breuis. Qui uitæ præsentis longitudinem non de suo spatio, sed de eius fine considerat: quàm sit breuis & misera, satis utiliter pensat. Tela consumatur filis, et uita hominis expletur diebus singulis. Qui uitam longam quæris, ad eam tende uitam, pro qua Christianus es, idest æternam. Hæc enim est uita uitalis, ista uerò mortalis. Mori oportet hominem in carne mundo, ne moriatur in anima Christo. Tũc uerè quisq; uiuere creditur, si secundum seculum moriens, in solo Deo uiuere delectetur. De mora istius uitæ tædium patitur iustus; eo quòd ad desideratam patriam tarde perueniat: & uitæ præsentis ærumnam segnius amittat. Ibi. 66. & ult. Sollicitè debet unusquisq; uiuere, et semper terminum uitæ suæ considerare: ut huius seculi blanditias cum timore caueat. Vnde unusquisq; festinet, ne in iniquitatibus suis rapiatur: simulq; cũ culpa uita finiatur. Nam diabolus quos uiuentes accendit ad uitia, subito morientes pertrahere nititur ad tormenta. Quamuis autem quisq; in hac uita sit iustus; tamen dum de corpore egreditur, pertimescit ne dignus supplicio sit. Nullus enim est homo sine peccato. nec quisq; de Dei iudicio securus esse potest, cùm etiam de otiosis uerbis reddenda sit ratio. Cyprian. Nec terrena temporalia computat, qui æternalitatem de sancto paradiso sperat.

Isidorus.

Cyprianus.

Libri Scintillarum finis.

Deo tamen honor & gloria tribuantur.



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

*

FINIS.

Romæ apud Antonium Bladum, Impressorem Cameralem.
Anno Domini 1560.





Cav. G. DI GIACOMO
Restauro del Libro Antico e Legatoria
Piazza dello Spirito Santo, 11 - Tel. 21.244
PESCARA

